uā institutionē Eccle: q̄ potest dici de iure diuino alludēter vel
 exēplate. Quia 7 Eccle cōstitutio exēplata est i lege Mofaica: 7
 alludit eidē: hodie vero iudicialia: vt talia nō ligāt nisi per no-
 uā institutionē: 7 quia nō habet in lege Euāgelica aliqua noua
 phibitio a Chro facta/respiciēs obligatorie affinitatis gradus:
 nec cōfirmatio explicita phibitiue cōstitutiois Mofaice a Chro
 in lege noua Euāgelica: ideo nō videt: quomodo sit obligatoria
 7 proprie de lege diuina: p cōsequēs nec a pape potestate quo-
 ad dispēsatiōis beneficiū sublata. Sed ne futilē quis hanc opi-
 nionē arbitretur: ostēdem⁹ eā cōplurib⁹ autorū testimonijs esse
 roboratā: nam is: quē Theologie florē eruditissimi vocāt Tho-
 mas (in q̄) ille Aquinas eas phibitiōes inter iudicialia deputat:
 quē admodū 7 nos ante memorauimus: 7 Cardinalis Caietanus
 eiusdē Tho. vigilātissim⁹ excussor ipm locū subtiliter explanat:
 hic em̄ enarrās q̄stionē dicit ad obiectionē demū. 3. loco allatam
 ex phibitione psonarū primarū p precepta diuine legis iā dictū
 est: q̄ pcepta illa quoad tot psonarū inhabilitationē sūt iudicia-
 lia: nō moralia simpliciter sed scdm quid. s. quantū ad naturalem
 reuerentiā p accidēs Mofes tāgit in reliquis psonis nō violan-
 dā ex naturali coitus turpitudine: 7 ideo hodie non ligant: nisi
 quaten⁹ ab Ecclesia sunt assūpta. Et propterea pōt p̄papa dispen-
 sare cū oibus psonis cōiunctis: nisi cū matre 7 patre: vt mrimo-
 niū cōtrahāt: 7 hoc autor ex autoritate Augustini infirmat in li-
 tera dicēs/cōiunctio fratrū 7 sororū nō natura: sed religiōe phi-
 bēte facta est dānabilis. Hec Caietan⁹ i explicatione. S. Thom.
 Thomas etiā de Argētina dis. 40. 4. cōfirmat hoc ipz ad hūc mo-
 dū. Cōclusio scda est: hoies nō baptizati extra Chriānā fidē de-
 gētes possunt cōtrahere mrimoniū intra gradū Chriānis phibi-
 tū: qz tales vel sūt Iudei innitētes legi a dño date p Mofen: vt
 sunt gētiles innitētes legi nature: si sunt Iudei: possūt cōtrahere
 tūc in. 3. 7 4. gradu: vt patet Leuitici. 18. ca. vbi solū per legē
 ipis datā phibēt in primo 7 scdo gradu cōtrahere: si gētiles so-
 lūmodo innitētes legi nature tūc mrimoniū cōtrahūt i scdo gra-
 du: qz quīs lex positua scripta hoc prohibeat: tñ lex nature hoc
 nō videt phibere: qd bene patuit in antiquis p̄p̄rib⁹: qui legē
 Mofaicā p̄cesserūt: nā Sara vxor Abrahā fuit sorore eius ex par-
 te p̄s: 7 Lia vxor Jacob fuit cōsobrina sua: quā fuerit filia La-
 bā/ q̄ fuit frater Rebecce m̄ris Jacob. Ecce Thomas iste vocat
 leges Leuiticas leges posituas dūtaxat: nā eiusmodi scdm eum

pot papa
 disp̄sa
 cū oibus
 psonis cō-
 iunctis.

De cōiugio Regis Anglie

Sunt oēs leges Moſaice: que de iure nature nō habētur: et ppter hoc exēpla duo proponit: alterū Abrahę: qui propriā sororē duxerat: quod tamen si lege diuina fuisset prohibitū: nō tamen lege nature: alterū de Jacob: q̄ duas pariter sorores duxerat coniuges: id qđ tãet si diuina lex prohibuisset: nō ita lex nature. Quare licet istas phibitiones fateatur esse diuine legis: tamē q̄ nō etiā lege nature firmātur / ideo iuxta hūc doctorē pro moralibus preceptis neutiq̄ sunt iudicande. Sequitur in eadē q̄stione: preterea si Iudei vel gētiles intra p̄dictos gradus nō habēt verū matrimoniū: tūc posito q̄ si aliqui infra p̄dictos gradus copulati ad fidē Christianā cōuerterētur: Ecclesia nō pateret eos esse coniūctos: sed cōsequens est fallum: igit̄ et antecedēs: cōsequētia patet: quia in his: qui ad fidē cōuertūtur: Ecclesia nō patitur adulterina cōiugia: sed falsitas cōsequētis manifeste habet extra de cōsanguinitate et affinitate. ca. de infidelib⁹ / vbi dicit Innocētius: matrimoniū scđm legē veterē infra gradū cōsanguinitatis contractū post baptimū nō est separandū. Et idē patet extra de diuortijs. cap. Gaudemus / et ca. De⁹ qui Ecclesiā. Hec argentinensis. Ex his itē verbis docet phibitiones ipsas Leuiticas nō iā obligatorias esse: nisi quaten⁹ p̄ Ecclesiā institute sint: atq̄ hoc ipsum: vt cernis lector: idē nōnullis decretalibus corroborat: sed et postea respōdens ad argumētū in oppositū: ita subdit: etiā cōsanguinitas in gradib⁹ p̄dictis nō impedit matrimoniū p̄ se sed solū ratione statuti Eccleie: vel legis Moſaice: nam secundū legē nature proles nō phibetur cōtrahere: nisi cū stipte: sicut dicūt aliq̄ magni doctores: qz cōtra omne dictamē recte rationis semp̄ fuit: q̄ filia esset vxor patris: vel filius esset maritus matris: et ideo filie Loth peccauerūt cōtra legē nature: quādo patri suo se supposuerūt: sed Abrahā nō peccauit: quādo sororē suā duxit: nō em̄ peccauit cōtra legē scriptā: qz nōdū erat lex scripta: q̄ hoc postea prohibuit: vt patet Leuitici. 18. nec etiā putandū est: q̄ vir tãte perfectionis cōtra legē nature peccauerit: quod tamē vtiq̄ fecisset: si accipere sororē in vxorē cōtra legē nature fuisset: sicut enī ipsemet fatetur Gene. 20. Sara vxor Abrahę fuit soror eius / filia patris sui. Hec Argentinensis. Vbi et audis lector cōsanguinitatē in gradibus p̄dictis nō impedire matrimoniū nisi ratione phibitionis Eccleie: id qđ magni doctores plane affirmant: de quibus et nos postea memorabimus: et solas nuptias filij cū matre seu patris cū filia esse prohibitas ill.

re nature: quod insuper Abrahā ducēs sororē nō peccauit / nec
 id fuisse cōtra legē nature: porro q̄ Sara vere soror Abrahe fuis-
 set ex eodē patre / licet nō ex eadē matre / non modo cōplures au-
 tores testātur: verū etiā ipsa scripture sacre verba: sic em̄ Abra-
 hā dixisse legimus: vere soror mea est / filia patris mei: et nō filia
 matris mee: super quibus verbis Hieronym⁹ dicit: Quia in he-
 breo sic habet: et magis sonat: q̄ soror Abrahe fuerit: i excusatio-
 nē eius dicimus: nec dū illo tēpore tales nuptias fuisse phibitas:
 scriptura certe nō potuit apertius loqui: quū expressisset Saram
 sororem Abrahe fuisse ex eodē patre: diuersa tamē matre: sed et
 magister Historiarū hoc idē affirmat super Genesim. Et autor
 etiā cōis glosse ibidē. Frāciscus insuper aBaronis huic sentētie
 subscribit locum ipsū Genesios enarrans. Eucherius etiā Lug-
 dunēsis Archiep̄us in libello: quē scripsit de questiōibus diffici-
 libus eandem sententiam amplectitur. Sed quid vel huius vel
 illius Thome sentētiā afferor: quū aMoses ipse nō semel in ipso ca.
 Leuitici. 18. narrat quedā ibi iudicialia fuisse tradita: cōstat quī-
 dē apud sacre Theologie non imperitos in lege nec oīa moralia
 fuisse p̄cepta: sed iudicialia quoq̄ et ceremonialia: nā de tribus
 his haud raro aMoses meminit: sic em̄ scribit Deuteronomij. 6.
 Hec sunt p̄cepta: ceremonie: atq̄ iudicia: nimirū per p̄cepta in-
 telligēs ipsa moralia nō utiq̄ generaliter vocē illā accipiēs: sed
 ita solū vt morale distinguitur cōtra ceremoniale et iudiciale: nā
 per ceremonias haud dubie ceremonialia: et per iudicia iudicia-
 lia aMoses voluit intelligi. Quum igitur in ipso ca. Leuitici. 18.
 palā affirmet ibi iudicia quedā esse tradita: necessū est iudicialia
 nōnulla esse in ipso ca. recensita: dicit em̄ in persona dei: facietis
 iudicia mea. Et rursus custodite leges meas atq̄ iudicia: et in
 eodē: itē custodite legitima mea atq̄ iudicia: quā obrē et mani-
 festū est aMosen in hoc ca. quedā iudicialia tradidisse: atq̄ certū
 est in toto illo ca. nō alias phibitiones magis iudiciales dici pos-
 se: q̄ eas: que de vxore fr̄is et sorore vxoris late sunt. Quocirca
 pro iudicialibus et hec potissimū habēde sunt. Paulus Burgēsis
 Episcopus vir in lege aMosaica longe doctissimus dicit: non oīa
 p̄cepta legis aMosaice indispensabilia esse: neq̄ perpetuo dura-
 tura: sed tantum ea: que sunt de lege nature: que et vocat mora-
 lia: p̄cepta ac proinde duplicem normā in scrutinio scripturarū
 tradit: quo dignosci potest: quod nā p̄ceptum legis aMosaice
 morale fuerit: et q̄ non. Norma prior est. Quicquid p̄ceptorū

De cōiugio Regis Anglie

recte deducitur ex primis principijs iuris naturalis ad morale preceptū est/et ad ius naturale pertinēs: verū nō sufficit: vt multis & prolixis cōsequutionibus ita deducatur: nā sic oīa p̄cepta siue Iudicialia siue Ceremonialia erunt amoralia: q̄ amoses in his precipiēdis ratiōe quadā naturali vsus est: neq̄ quicq̄ a dicamine rationis alienū instituit: sed quod moribus vtētū bonis inferuebat. Verū nō oīa talia sunt precepta moralia: si morale accipiatur: vt distinguitur cōtra cerimoniale et iudiciale. Norma igitur vna est iuxta Burgēsem: qua dinoscitur preceptū aliquod esse hoc modo morale: si quid ex primis ipsis principijs iuris naturalis breuissime deducatur. Altera norma est: qua potest conosci p̄ceptū nō esse de lege nature: neq̄ proinde morale: nēpe si ante legis dationē indifferēs erat: an sic vel aliter fieri debuisset. Nam quod potuit indifferēter bene & male fieri: id non fuit morale/neq̄ de lege nature. Et affert exēplū de duabus sororib⁹ coniūctis vni viro matrimonialiter: quēadmodū legitur habuisse. Gene. 29. quod postea prohibitū fuit in lege amosaica: vt habetur in Leuitico: et de eiusmodi mādatiis dicit manifestum esse talia nō esse de iure nature. Neutro igitur horū modorū colligi potest omnes prohibitiōes Leuiticas esse morales: p̄sertim eas: que ad affinitatē spectāt. Neq̄ em̄ ex principijs primis iuris naturalis recte deducūt: s; & ea/q̄ per eas vetita sunt: erāt indifferētia ante legis dationē. Nam electissimi quidē viri (priusq̄ legē tulisset amoses) intra gradus: qui videntur ab eodem amose prohibiti: vxores duxerāt: sicut Abraham & Jacob/ & alij nōnulli. Nā Abraham sororē suā habuit vxorē. Et Jacob itē sorores duas habuit in cōiuges. Quare palā est nec oēs has prohibitiōes morales esse: neq̄ perpetuas: sed tantū illas: que si nō prohibite fuissent: bene licuissent omnibus. Nam eius conditionis sunt: q̄ ante legis dationē erāt indifferētes: & potuerūt sic & aliter fieri. Quā ob rē & mobilia sunt: & nō eundē tenorē pp̄tuo seruātia. Cōfirmat illius sententiā hugo de sancto victore: nā is affirmat duplicia fuisse veteris legis p̄cepta. Alia mobilia/alia immobilia. amobilia vocātur ea: que ex dispensatione ad tēpus sunt ordinata: immobilia vero sunt: q̄ ex natura veniūt: & vel ita mala sunt: vt nullo tēpe sine culpa fieri possint: vel ita bona: vt nullo tēpe sine culpa possint dimitti. Quare scdm̄ hui⁹ sententiā: q̄ sūt de lege nature: ea sūt immobilia: hoc est vel semp̄ bona: vel semp̄ mala: nūq̄ indifferētia: ita vt possēt aliquā bene fieri: aliquā minime. Diu⁹ Augustinus vtrūq̄ corroborat: hoc est tā paulū: q̄ hugonē. Nā in

Ope: qđ edidit cōtra duas epistolas Pelagiani ad Bonifaciū li-
 bro. 3. ca. 4. sic ait. Cetera vero: q̄ ad pietatē bonosq; mores p̄tinē
 tia nō ad aliquā significationē vlla interpretatione referēda: sed
 prorsus vt sūt dicta: faciēda sunt: p̄fecto illā dei legē/nō solū il-
 li tūc populo: verū etiā nūc nobis ad instituendā vitam recte ne-
 cessariā nemo dubitauit. hec August. Talia igit̄ q̄ protin⁹ / vt di-
 cta sunt noscūtur esse faciēda: nō Iudeos modo: verū etiā Chris-
 tianos oēs ligāt: q; p̄petua sunt ⁊ immobilia: nec potuerūt vnq;̄
 bene fieri: quū igit̄ Abrahā ⁊ Jacob / ⁊ alij cōplures cōtra phibi-
 tiones Leuiticas: vt multi cēsent: vxores duxerint: palā est illas
 phibitiones nō esse perpetuas: neq; morales: hoc est iure nature
 stabiles ⁊ immobiles. Thomas quoq; Aquinas ex autoritate Au-
 gustini dicit: q; cōiūctio fratrū ⁊ sororū nō natura: sed religione
 phibēte: facta est dānabilis. Et in hoc p̄pmodū oēs disputato-
 res scholastici cōueniūt: q; ab initio tantū iure nature prohibita
 fuissent cōiugia p̄ris cū filia / ⁊ m̄ris cū filio. Nā horū (vt inquiūt)
 cōcubitus natura vetat / tāq; re ip̄a prorsus abhominandū. Cete-
 ri vero gradus nō ex re ip̄a mali sunt / sed tāq; extrinseca quadā
 cōsideratiōe phibiti. Quēadmodū ⁊ adules haud raro qdā vo-
 cat execrāda pariter ⁊ abhominabilia: q; de se ip̄is nequaq; talia
 sunt: sed tm̄ q; prohibita. Sed audi lector: q; luculēter hoc ip̄m
 testet̄ Hugo Victorinus. Nā is discrimē statuēs inter eas nup-
 tias: q; iure nature: ⁊ q; iure positiuo vetabant: dicit: prima insti-
 tutio duas tantū p̄sonas: id est patrē ⁊ matrē a cōtractu m̄rimo-
 nū excepit. Ubi hoies / vt adherere possit vxori sue: p̄res ⁊ m̄res
 relictuz esse asseruit dicēs: ⁊ adheret vxori sue. Manifestū est
 aut̄ / q; nō requirūt ad hoc q; relinquūt p̄pter hoc: has ergo duas
 p̄sonas solas prima institutio excepit. In ceteris oib⁹ nullā vllt
 ad sacramētū cōiugij federādū phibuit. Venit postea scōa insti-
 tutio: q; per legē facta est: ⁊ excepit p̄sonas quasdā alias siue ad
 decorē nature / siue ad pudicitie augmētū. Et tūc cepit esse ex p̄-
 hibitiōe illicitū / qđ fuerat ex natura cōcessū. hactenus Hugo se-
 quit⁹ plane Hieronymū ⁊ August. Didicit hoc ip̄m Hugo nimi-
 rū ex p̄orib⁹ p̄ribus / neq; em̄ ignorauit: quē i modū Hieronym⁹
 ⁊ August. excusarūt Abrahā ⁊ Jacob / duxit quidē Abrahā sororē
 suā in vxorē / quēadmodū Gene. 20. traditū est. Nā cū Abime-
 lech illū redarguisset / q; simulatiōe quadā p̄texuisset / Sarā fuisse
 sibi sororē / is r̄dit / vere soror mea ē / filia p̄ris mei / ⁊ nō filia m̄ris
 mee / ⁊ duxi eā in vxorē. Nihil certe potuit aptius dici / ac p̄inde

De cōiugio Regis Anglie

Diuus Hieronymus expēdēs ipsa v̄ba Gene. ait. Quod in Hebreo habet: vere soror mea est: filia patris mei: et nō filia matris mee. Et magis sonat: quod soror Abrahe fuerit: in excusationē ei⁹ dicim⁹: nec dū illo tēpore tales nuptias lege phibitas. Quod si quod hoc velit intelligi de lege Mosaica duntaxat: nō itē de lege nature: nihil ita pderit excusatio p Hieronymū allata: quāquidē et lex nature nō minus ligat cōscientiā cuiusq;: quā ipsa lex Mosaica. Quare si penitus omni culpa vacasset Abrahā: oportet: vt nulla prorsus lege neq; Mosaica/ neq; nature fuisset ab hmōi nuptiis phibit⁹. Simili quoq; modo beat⁹ August. excusat Jacob: quod sorores duas pariter vxores habuisset dicēs: quod Jacob nō fecit cōtra naturā: quod nō lasciuiedī sed gignēdi causa illis mulierib⁹ vtebat. Nec cōtra morē: quod illis tēporib⁹ fiebat illud in alijs terris: nec cōtra preceptū: quod nulla lege phibebat. Huc accedit: quod idē August. 61. q̄st. sup Leuiticū sic ait. De his psonis loqui videt: quod possēt nō habētes viros in m̄rimoniū cōuenire: nisi lege phiberent: sicut fertur esse cōsuetudo personarū: hic aduertendū est: quod dicit: nisi lege phiberent. Ergo tantū ideo nō licet: quod sint Mosaica lege phibite. Quā ob rē et ante legē bene licuisset. Adde quod quādam ex illis phibitionib⁹ ante legē scriptā erāt indifferētes a deo: vt sic vel aliter fieri potuerint/ p̄sertim cū ea phibitione: qua simul due sorores ab eodē accipi phibētur. Alio qui Jacob: vt de ceteris taceam⁹: haud quāquam Lyā et Rachel simul accepisset. Quare tā etsi lex sacra cognatiōis turpitudinē vetet reuelare: nō tū oīs cognatiōis grad⁹ ibi phibit⁹ ex se ipso putari debet illegittim⁹: sed tū ideo: quod ibi sit phibit⁹. Hec rursus ex Thoma cōfirmant: nā is. 2. 2. q̄st. 154. art. 9. cum hūc in modū obiecerit: accedere ad cōsanguineas vel affines: nō est secūdū se deformē: alias nullo tēpore licuisset: respōdet: quod in cōmixtione personarū coniūctarū aliquid est: quod est secūdū se indecēs/ et repugnans naturali rationi: sicut quod cōmixtio fiat inter parētes et filios: quorum est per se et immediata cognatio: nam filij naturaliter honorē debent parentibus. Alie vero persone: que non coniunguntur in cognatione videlicet secūdū se ipsas: sed per ordinē ad parentes: nō habent ita ex se ipsis indecentiā: sed variatur circa hoc decentia vel indecentia scōm consuetudinē: et legem vel diuinam vel humanam: ex quibus verbis dilucidum est: quod inter personas illas inter quas ante legem scriptā fuerat prohibitio: nullo tempore coniugia licuissent: quoniam erat inter eas per se et immediate cognatio: et

tales coniūgi semper erat secūduz se indecēs et repugnās natu-
 rali rationi: verū in ceteris nō ita: sed pro varietate cōsuetudi-
 nū et legū nō licēt: iuxta quod lege vel cōsuetudine prohibētur.
 Propter hec Alexander in summa questione. 3 5. mēbro. 6. sic ait.
 Ponūtur autez limites lege naturali: lege diuina: sanctiōe Ec-
 clesiastica. Lege naturali positi sunt limites: vt excluderētur pa-
 ter et mater. Gene. 2. propter hoc relinquet homo patrem et ma-
 trem. et cetera: lege diuina post modū Leuitici. 18. vt excluderē-
 tur nō solū pater et mater: sed frater et soror: et cetera vsqz ad. 11.
 personas: sanctiōe ecclesiastica sunt excluse alie persone ratiōe
 cōsanguinitatis vsqz ad. 4. gradū. Ad stipulatur et his Bonauētura
 sup. 4. sentē. dist. 40. q̄stione. 2. ita inquit. vinculū cōsanguini-
 tatis impedit matrimoniū in aliquo sui gradu ppter dictamē le-
 gis nature: in aliquo vero propter prohibitionē legis diuine: in
 aliquo propter statutū ecclesie: vinculū cōsanguinitatis: qd est
 stipitis ad prolē: impedit ppter dictamē nature: vnde naturale
 est apud omnes: qd filius nō cōiūgatur patri. Et si queratur ratio
 huius quare hoc est: dicendū esse propter reuerentiā et honorē:
 qui debet exhiberi patri et matri: et ideo nō debēt cōmisceri: vel
 propter generis successionē: que debet procedere: nō retrocede-
 re: vnde nō debet proles genita cōiūgi suo principio: vt gignat:
 Et hinc est naturā dictare: qd alio affectu tractandi sunt parentes.
 alio affectu tractari debēt cōiuges: ideo propter dictamē nature
 impeditur matrimoniū per cōsanguinitatis primū vinculū: que est
 prolis genite ad suū principiū: propter prohibitionē legis diuine
 impeditur matrimoniū per cōsanguinitatem vsqz ad secundum
 gradū: sicut patet per Leuitici. 18. ca. vbi fit prohibitio vsqz ad se-
 cundū gradū. Et si queratur ratio huius: dicēdum hoc esse pro-
 pter honestatem. Qui em̄ mulierē cognoscit: reuelat eius turpi-
 tudinem: et discooperit ignominiam: et hoc inhonestū est facere
 propinque. Maxime cū honestas dictat: sororem non esse tractan-
 dam vt vxorē. Et hinc est: qd in precepto suo dñs dicit: nō disco-
 operies turpitudinē eius. Alterius propter statutū Ecclesie impe-
 ditur matrimoniū a secūdo gradu et deinceps. hec Bonauētura.
 Cōsonat et eisdē Ricardus sup. 4. sentē. dist. 40. ar. 1. questiōe. 2. sic
 inqt. Aliqua cōsanguinitas impedit matrimoniū ex dictamine iu-
 ris nature: aliqua ex dictamine legis diuine: aliqua per statutū ec-
 clesie. ppter dictamē legis nature impeditur matrimoniū filie cū
 patre vel filij cū matre: vnde et in lege nature dictū est: vt habet.

De cōiugio Regis Anglie

Gene. 2. relinquet homo patrē z matrē: et adherabit vxori sue. Jus em̄ naturale dicitur maiorē reuerētiā deberi parētibus q̄ cōiugibus. Et dicitur nō sic debere tractari turpiter parētes: sicut si cōtractant cōiuges. Magis tamē est contra ius nature matrimoniū filij cū matre: q̄ filie cū patre: quia vxor debet esse viro subiecta. Cōtra autē ius naturale est: vt filius teneat m̄rem subiectā: vnde z quedā animalia bruta abhorrēt coire cū matre sua: quādiu cognoscūt eam esse matrē: quod patet per illud: qd̄ narrat Philosophus. s. de animalibus de camelo: qui cū saltasset super matrē suā coopertā: post q̄ cognouit eā esse matrē suā: interfecit ingeniatore. Narrat etiā de equo: q̄ cū saltasset sup matrē suā: z cognouit eam: quū discoopereretur: fugit z precipitavit se de loco eminēte: z mortuus est. Ex dictamine legis diuine prohibent matrimonialiter copulari consanguinei in primo gradu z secūdo ex vna parte tātū: vt patet Leuitici. 18. cuius ratio est: ne si possent matrimonialiter copulari: daretur incendiū luxurie // eo q̄ tales p̄sone frequēter solent in eadē domo habitare: per statutū Eccleie prohibētur matrimonialiter copulari cōsanguinei etiam in. 3. z. 4. gradu: q̄ vsq̄ in eū gradū cōsuevit inter hoies satis durare amicitia propter cōsanguinitatis vinculū nature. Sed post illū gradū cōcedit eas posse copulari ad amicitiam quasi fugiētē reuocandā: vt sic charitas inter hoies dilatetur eo q̄ cōiunx ad cōsanguineos sui cōiugis multū afficiatur. Ex his oibus abūde patet: q̄ ante legē Mosaicā nulla prohibitio prorsus emanauit d̄ cōiugio nisi p̄ris cū filia aut matris cū filio: quē admodū auctores ante memorati docuerūt. Quod si Moses deo iubēte quosdam gradus adiecit his ex lege diuina positius dūtaxat nō sūt p̄petua: cōstat illoz sentētis adiectos fuisse. Hoꝝ sūiaz z diuus Thomas ap̄ pbat: nā. 1. 2. post q̄ vniuersā legē veterē in moralia ceremonialia iudicialiaq̄ diuiserit: atq̄ de moralibus z ceremonialibus copiose differuerit: veniēs tandē ad iudicialia quest. 105. ar. 4. querit an lex vet̄ iudicialia p̄cepta cōueniēter tradiderit circa res domesticas? Ubi inter cetera argumēta. 7. loco sic ratiocinat. Dñs in vxoribus ducendis quosdam consanguinitatis et affinitatis gradus p̄cipit esse vitādos. Et patet Leuitici. 18. Inconuenienter igitur mandatur Deuteronomij. 25. q̄ si aliquis esset mortuus absq̄ liberis vxorē ipsius frater eius accipiat. Ex titulo igitur questionis pariter et argumēto palam est ex mente doctoris huius esse: q̄ leges de fratrum vxoribus ducendis: aut

nō ducendis mere iudiciales sunt et a moralibus separate. Sed
 et in corpore q̄stionis vbi docuerit ad domesticam cōmunionem
 tres combinationes pertinere: hoc est dñi ad seruū: viri ad vxo-
 rem: patris ad filiū: ostenderitq̄ de singulis diuinā legē precep-
 ta iudicialia: quibus inuicē ordinarētur: tradidisse: post de vxo-
 ribus ita loquitur: circa vxores vero statuitur in lege quantū ad
 vxores ducendas: vt scilicet ducāt vxores sue tribus: sicut ha-
 betur Numeri vltimo. Et hoc ideo ne sortes tribuū confundan-
 tur. Et q̄ aliquis vxorem ducat fratris defuncti sine liberis: vt
 habetur Deuteronomij. 25. et hoc ideo: q̄ ille: qui nō potuit ha-
 bere successores secundū carnis originē saltē habeat per quādā
 adoptionē: et sic non totaliter memoria defuncti tolleretur. Pro-
 hibuit etiam quasdā personas: ne in cōiugiū ducerētur scilicet
 alienigenas ppter periculū seductionis: et propinquas propter
 reuerētiā: que eis debet. hec diuus Thomas in eadē questioe.
 Ex quibus dilucidū est hec iudicialia fuisse nō moralia. Sed hac-
 tenus ex Thoma. Jā obiectio tollitur. Nec obstat: qd̄ in fine ca-
 pituli in quo phibitiōes ille mēorant: subdiderit Moyses. Dis aīa
 q̄ fecerit de abhominatiōibus his quippiā: peribit de medio po-
 puli sui: neq̄ em̄ tanta vis in his v̄bis faciēda est: quantā videri
 volūt aduersarij. Mā pro leuissimis quibusdā offēsis talis cōmi-
 natio in lege passim fit. Exod. 12. Quicūq̄ cōmederit fermētātū:
 peribit aīa illa d̄ Israēl. Leuitici. 19. de hostia pacificoꝝ loquēs.
 Si quis post biduū cōmederit: pphanus erit ⁊ impietatis reus.
 Et Paulo post. peribit aīa sua de medio populi. Leuitici. 17. pro
 cōmestione sanguinis. Si cōmederit sanguinē: obfirmabo faciē
 meam contra animam illius: ⁊ disperdam eam de populo suo.
 Sed et Paulus Burgēsis affirmat: q̄ sint. 36. casus in lege abho-
 sita: in quibus reperitur hec clausula: peribit: vel interibit de
 populo suo: neq̄ tamen in illis omnibus exactam fuisse penā sen-
 tentie capitalis. Adde: q̄ multa dicuntur apud Moysen abhomi-
 nabilia et execranda: que tamē apud Christianos habētur in pre-
 cio: vt de cōgris ⁊ murenis lucidissimū est. Pzeter hec ipse Pe-
 trus de palude fatetur: q̄ non omnia que Leuitici. 18. traduntur
 de iure nature sint: sed fere omnia. Quod si de iure nature
 non sint: certe neq̄ de moralibus habenda sunt: neq̄ tam graui
 animaduersione digna. Ceterū hic nobis obijci potest quidam
 Augustini liber: cui titulū indicit: speculū Augustini: vbi colle-
 gisse sedicit plurima tū precepta: que fierent: tū phibita: ne fiāt:

De cōiugio Regis Anglie

que etiā nūc: id est tēpoze noui testamenti ad vitā piā exercen-
dam: moresq; pertinere testatur: inter que Leuiticas phibitio-
nes enumerat: ex qua nimirū enumeratione videri pōt Augusti-
nus omnino sensisse Leuiticas illas phibitiones hodie Christianos
obligare: et ad mores hominū pertinere: ac proinde morales
esse non iudiciales. Sed nos hic respōdemus primū: qđ tametsi
prohibitiōes ipsas hic recēsuisset Augustinus: nō explicuit ta-
men: quibus limitibus eedē essent intelligēde: sed illud distulit
ad librū suarū questionū: quē admodū in ei⁹ speculi prologo tes-
tatur his verbis. In his aut omnib⁹: que inspiciēda ponere inf-
titui quecūq; inter se videbūt esse contraria: postea propositis
questionib⁹ exponēda atq; soluenda sunt. Ex quibus verbis ma-
nifestū est hoc speculū ante scriptū fuisse: qđ Augustin⁹ questio-
nes de Leuiticis phibitionib⁹ enodasset. Quocirca necesse fue-
rit questionū ipsarū librū cōsulerē: cui titulus est opus variarū
questionū: vbi inter questiones sup Leuiticū satis dilucide tra-
dit: iuxta quē intellectū Leuitice phibitiones accipiēde sint:
nā phibitionē illā: qua vetatur: ne quisq; vxorē fratris sui acci-
piat: dicit triphariā intelligi posse: hoc est vel viuo fratre: vel ip-
so nō absq; liberis mortuo: vel de vxore deniq; a fratre repudia-
ta. Quū igitur Augustin⁹ in speculo pollicitus sit: nepe exposi-
turū se: et soluturū esse q̄stiones: q̄ super memoratis in hoc libro
emergere possent: quūq; tales questiones docuisset triphariam
intelligēdas: nec sub villo triū illorū intellectuū casum nostrum
voluisset cōprehēdi: manifestū est de nostro casu nihil diffiniuisse
Augustinū: quare nihil aduersum nos hoc speculū facit. Deinde
respōdem⁹ in illo speculo multa per Augustinū collecta fuisse:
que neutiq; habēda sunt pro moralibus: quatenus morale dis-
tinguitur contra iudiciale et ceremoniale. Neq; inficias eo: quin
pleraq; sint ad mores spectātia: que nequaq; ad hunc modū ha-
bēda sunt moralia. Nā iudicialia: ceremonialia quoq; tametsi nō
nihil habeāt moralitatis: moralia tamē haud quaq; censent: sed
vt ad rē veniamus: inter ea: q̄ per Augustinū excerpta sunt e li-
bro Exodi: sic habet. Qui percusserit hominē volēs occidere:
morte moriatur: hoc ibi recensuit Augustinus haud dubie:
neq; tamē sensit hac lege iā teneri Christianos. Recēsuit et illud
reddet animā pro anima: oculū pro oculo: dentem pro dente: ma-
nū pro manu: pedem pro pede: adustionē pro adustione: vulnus
pro vulnere: liuorē pro liuore. Et quis dicit hoc institutū ab o-

Sicut hodie vigorem suum servare: profertim cum Christus illud iam antiquat. Preter hec et illud memorat decimas tuas et primitias non tardabis offerre: quia hodie primitias frugum suarum/ ut offerat teneri seminime putat. Et sunt complures: qui se nolunt ad reddendas decimas quam aliarum rerum/ tum grossarum arborum obnoxios fateri. Adiungit predic-
 tis Augustinus. si occurreris boui inimici tui: aut asino erranti: reduc eum: si videris asinum odietis te iacere sub onere: non praesibis/ sed subleuabis eum. Et rursus ait primitias frugum terre offeres in domo domini dei tui: hec in ipso fronte speculi diuus Augustinus annotavit: ad hec tamen si quis affirmaverit singulos hodie Christianos obligari: esset profecto quod durissimum. Quod si quis ad hunc modum cetera collectanea: quae non ligant: velit hic reponere: non parvum sane cumulum efficeret. Sed et hic praeterea citavit Augustinus omnia consilia: quae Christus in Evangelis tradidit: et tamen ad hec arctare cunctos: esset admodum temerarium. Quare nec folido quovis argumento firmari potest omne illud: quod in eo Speculo traditur: hodie Christianis omnibus observandum esse/ pariter et ex his duabus responsionibus certum est: nulla posse ratione solida convinci prohibitiones illas Leviticis vere morales esse: ex eo quod inter speculi illius collectanea reponantur. Obiectio: obijciunt rursus illud quod in Leviticis questionibus Augustinus de prohibitione accessus ad menstruatam dicit/ id etiam hic esse positum: ubi talia prohibita sunt: quae etiam tempore novi testamenti remota umbrarum veterum observatione sine dubio custodienda sunt. Hoc ipsum videtur etiam per prophetam Ezechielem significasse: qui inter illa peccata: quae non figurete: sed manifeste iniquitatis sunt: etiam hoc connumerat ad mulierem menstruatam si quis accedat: et inter iustitiae merita/ si non accedat. Quae in re non natura damnatur: sed accipiende proles non innoxium prohibetur. Ex his verbis apparet Augustinum sensisse prohibitiones illas iam Christianis omnibus observandas esse: manifestamque iniquitatem patrare eum/ qui eas transgrediatur. At nos hic respondemus: Augustinum: quum hec diceret: premisisse voculam dubitandi nepe forte: sed et mox ite subiunxisse verbum videtur. Quod videtur etiam (inquit) per prophetam Ezechielem/ quare certum est Augustinum hoc loco nihil diffiniuisse: sed disputasse duxerat: neque enim moris est eis: qui sententiam dicunt: similibus uti verbis: sed his remotis prorsus affirmare: quod proponunt. Ceterum/ ut concedamus illum hoc asseruisse: nempe Leviticis illas prohibitiones absque dubio custodiendas esse: haud quaquam tamen hoc intelligi voluit iuxta genera-

De coniugio Regis Anglie

ut atē illarū prohibitionū: sed magis iuxta peculiare aliquē sen-
sum: et vt mihi videtur viuo fratre. Nam sic haud dubie phibi-
tio illa nūc hodie custodiēda est: et manifestā pre se fert iniquita-
tē: si quis fratriā duxerit viuento adhuc fratre: verūtamē aliter
sentiendū est mortuo fratre: quādoquidē vnitas carnis iā solui-
tur: soluto matrimonij nexu. Sed et si manifeste iniquitatis esset
vxoꝛē fratris mortui ducere: quomodo p̄cepisset hoc ip̄m deus
per Moysen in Deuteronomio: nihil enim deus mādauit: aut ore
Hieronymo: quod suapte natura sit inhonestū: aut turpitudinis
manifeste. Quā ob rē quā illud fieri iussisset deus: et tā numero se
plebi etiā lege publicitus tradita: qui fieri potest / vt istud mani-
feste / vel iniquitatis / vel turpitudinis habeat. Quare meo iudi-
cio hic locus iam citatus ex Augustino palam indicat: illū haud
quāquā sensisse prohibitionē dictā intelligendā fuisse: fratre mor-
tuo / sed viuo: quādoquidē ad hūc sensum omnino sit iniquitatis
et turpitudinis manifeste. Tertio dicimus: q̄ nec access⁹ ad mē-
struatā est in omni casu dānabilis: nā si maritus tēpore mēstruo-
rū vteret vxoꝛe propria: tantū vt vitaret fornicationē ille iuxta
Thomā et alios scholasticos disputatores nō cōmitteret pecca-
tum mortale. Quare sicut vs⁹ mēstruate potest in casu fieri lici-
tus: sic saltē et in casu ducere fratriā quātum vis contrariū eius
fuerit morale: potest in casu fieri licite. Et presertim vbi summ⁹
Pontifex causam approbauerit: quēadmodū et nō semel fecit in
casu nostro. De dispēsabilitate phibitionū Leuiticarū reliquū
est: vt discutiamus. Quā quinto loco docendū est: an sint he phibi-
tiōes dispēsabiles necne: hic sane respōdendū est: distinguendo
sensuū diuersitatē: quos habere possūt dicte phibitiones. Nā si
fratre viuo dixerimus eas intelligēdas / tū plane sunt indispe-
sabiles. Neq̄ em̄ summus p̄t̄ifex dispēsare posset: vt frater sibi
copulet viuētis adhuc fratris vxoꝛē: inter quos m̄rimoniū aliq̄
fuisse cōsummatū. Et sane multo pbabilius est eas phibitiones
intelligi debere fratre viuo: quēadmodū nos multis rationibus
alibi mōstrauimus: quas hic et denuo repetere nō grauabimur:
vt sic integrior et cōsummator sit hec respōsio n̄ra. Prima igit̄
ratio erit cōpluriū autorū in hac parte cōsensus: et Diuus Au-
gustin⁹ in primis vir acerrimo iudicio dicit: nō parua q̄stionem
esse: num viuo fr̄e debeat illa phibitio intelligi? Post Augusti-
nū Rodolphus Flauiacēsis interpres: et ip̄e Leuitici palā affir-
mat: eas phibitiones accipiēdas esse fratre viuo. Petrus item

accessu
mēstru-
atā

Blesensis in eptis vir eximie doctus / Bruthmar^o sup^o Math^o.
 insignis expositor / Glossa Interlinearis / Hugo Cardinalis t^o in
 Eu^ogelio Math^o q^o sup^o Leuiticū / Alex^oder Halēsis / z alij cō-
 plures: quorū cōmunē rationē hic subūtiā: quā z Alex^oder ad
 hunc modū recēset. In Leuitico (inquit) phibetur: ne quis vxorē
 fr^ois accipiat: at in Deuteronomio vicissim p̄cipit: vt fra-
 tris (qui sine liberis defunctus est) vxorē frater accipiat. Quam
 ob rē colligitur: vt sicut hic de fratre defuncto p̄cipitur: ita qd̄
 in Leuitico phibet: oportet: intelligat viuo fratre: ne videlicet
 scripture sibi inuicē cōtra dicāt. Hec igit vna z p̄cipua ratio est:
 cur Leuitica phibitio debeat intelligi viuo fratre. Sequit̄ sc̄da
 ratio non minus pūgens q̄ p̄cedēs. Secundo corroborabimus
 hoc ipsum ex eo: q̄ vbi Moyses inter ceteras phibitiones vetat:
 ne quis vxorē sue sororis accipiat: vt reuelat turpitudinē eius:
 intelligit omnino viuēte vxore. Quocirca cū par sit affinitatis
 gradus inter virū z sororē vxoris: atq̄ inter fr̄em z vxorē fr̄is:
 oportet: vt hec phibitio pariter intelligat̄ viuēte fratre: sicut
 illa fuit intellecta viuēte sorore. Tertia ratio est. Tertio sic / vbi
 Moyses ibidē vetat: ne quis coeat cū vxore proximi: q̄ nō ex-
 p̄imat hāc particulā viuēte proximo: nihilominus eandem vult
 intelligi: nā proximo vita defuncto bene licebit alteri cōiugē il-
 lius accipere: quocirca nihil obstat: quin phibitio de accipien-
 da fratria solū intelligatur viuēte fratre. Quarta ratio est: vni-
 tas carnis fratris z vxoris sue nō durat vlteri^o nisi quādiu vire-
 rit frater: nā post q̄ frater vita semel defunctus fuerit: t̄a z si de-
 nuo fuscitaretur ad vitā / solutū est matrimonij vinculū: vxorē li-
 bera reddita est: vt cui velit nubat i dño: ex Paulo. 1. Corint. 7.
 quare nihil vetat vnitas carnis inter fr̄em z vxorē suā: quo min^o
 illo mortuo / frater ei^o illā sibi cōiugio copulet. qd̄ erat p̄bandū.
 Quinta ratio est. Vetat Moyses in eodē capite: ne Iudei iuxta
 morē regionis Chanaan: quā essent ingressuri / facerēt: nec in le-
 gittimis eorū ambulārēt nimirū ideo: q̄ fuissent abhominabilia:
 sed casum nostrū de ducēda fratria mortuo fratre Iudei semper
 tanquā legitimū apud eos obseruabāt: vt mox ostēdemus: quin
 etiā ip̄e Moyses hoc ip̄z fieri mādauit: quare phibitio illa p̄ors^o
 intelligēda ē de fr̄e viuo: quū nec abhominabile deo potuit esse:
 qd̄ Moyses deo iubēte fieri mādauit. Sexta ratio est: titul^o ip̄ius
 capitis ē de illicitis coitib^o: z sane eūte phibitio est: quae ibi tra-
 dit Moyses sūt illicitae: casus vō n̄ semp fuit licit^o: vt cū alia eēt.

De cōiugio Regis Anglie

bro docuim⁹: tū postea quoq; dicturi sum⁹ / quā ob rē ⁊ de vxore
viuētis fr̄is: cū qua' plane coitus oīs illicit⁹ est / intelligi debet ea
prohibitio / quod nobis erat ostendendū. Septima ratio est. Em
ne verū omni vero cōsonat: sed hoc est verū: q̄ mortui fr̄is vxore
rē frater alius potuit / vel merito suo ducere: ergo ⁊ cōsonat hoc
cum alio vero: quod cūq; detur: atqui nō cōsonat cū alia prohibi-
tione Leuitica: nisi eā intelligam⁹ fratre viuo: quā ob rē aut il-
la non erit vera: aut sēsū aliū habeat oportet: q̄ de fratre quo-
uis indifferēter siue viuo / siue mortuo plane intelligat. Octava
ratio est: cōminatur Moyses in eodē capite: q̄ oīs anima: que fe-
cerit quippiam de prohibitionibus ante dictis: quas ⁊ abhomi-
nationes vocat: peribit de medio populi sui. Sed nemo propter
executionē casus nostri periturus est: imo laudē poti⁹ ⁊ premiū
reportaturus: adeo vt q̄ recusauerit id facere / vituperio penaq;
dignus apud Moysen iudicet: vnde cōsentaneū est: vt sicut pre-
ceptū Deuteronomij de fratre mortuo tradit: ita prohibitio Le-
uitica de viuo fratre intelligatur. Nonā ratio est: interminatur
Moyses ex Leuiticis prohibitionibus homini: q̄ duxerit vxorem
fratris: illū absq; liberis futurū: sed seruātibus precepta Deute-
ronomica: inter que precipit idē Moyses vxorē fratris absq; li-
beris mortui ducendā esse a fratre / atq; liberorū successionē pol-
licet. Quare sicut hoc p̄ceptū fr̄e mortuo intelligit: sic illa p̄hi-
bitio videt̄ intelligi fr̄e viuo. Decima ratio est: Moyses in Leui-
ticis prohibitionib⁹ feditatē vocat ⁊ rē illicitā: cōmisceri cū vxore
fr̄is / s; cōmisceri cū vxore fr̄is defūcti absq; liberis nulla feditas
est: alioq; nō precepisset Moyses illud fieri: nā vt Hieronym⁹ ait:
deus nihil precepit: nisi quod honestū est: quocirca manifeste col-
ligitur illā prohibitionē Leuiticā intelligi debere fratre viuo.
Conclusionē ex predictis clarissime deductam iam adiciamus.
Quis iā nō perspiciat ex his rationibus q̄ facile defendi queat
aduersus omnē impugnatorē prima illa interpretatio Diui Au-
gustini: q̄ videlicet prohibitio Leuitica debeat intelligi fratre vi-
uo? Et secundū hūc sensum prohibitiones ille vere morales sunt:
neq; potest summus Pontifex cū eis dispensare. Quod si mortuo
fratre relictis liberis accipiende sint: iam nō est dubiū: quin vbi
ratio legis cessauerit: Pontifex in eo casu dispensare possit: ratio-
nē autē legis huius Chrysostomus hāc fuisse tradit nimirum: vt
āplior fieret dilatio charitatis: sic em̄ homelia. 49. sup̄ Matth.
dicit Chrysostomus. Cū vero liberos defunctus reliquisset tale

matrimonium nullomodo procedebat: sed cur nam ita inquires? Nam si alteri uxorem defuncti ducere licebat: nonne multo magis fratris a sinime voluit enim latius affinitates vagari/ ut multis modis inter se homines vinciretur. Hec Chrysostomus. Ex quibus verbis dilucidum est Chrysostomum existimasse legis huius hanc fuisse rationem: ut homines inter se maiori amicitie vinculo necterent. Quum igitur in casu contingere poterit occasio dilatande charitatis multo amplior ex nuptijs fratris liberos habentis: quam si nupserit eadem externo viro. Quis dubitabit in tali casu Pontificem posse dispensare? Quam rem si facere possit Pontifex: multo facilius id prestabit: ubi frater nullos omnino reliquit liberos: quandoquidem hoc ipsum in lege Moysaica preceptum olim fuerat non contemnendum. Ceterum/ ut intelligamus quid hac in re doctores alij senserint/ iam in medium illorum sententias proferemus. Angelus in summa nostre fauet parti. Hanc utique sententiam/ et Angelus in summa sua comprobat sub dictione Papa: nam ibi querit: utrum Papa possit dispensare in omnibus preceptis moralibus legis nature vel diuine? ubi post satis prolixam disputationem ex doctrina Scoti/ Alexandri/ Henrici/ Francisci/ et aliorum multorum (ut ait) habitam ita subdit: unde si occurreret casus particularis: in quo deficeret ratio legis propter causas spirituales/ impediens observationem preceptorum legis ex applicatione ipsorum ad diuersas materias: tunc Papa posset dispensare. Richardus de media villa idem sentit. Citat Angelus ad hoc Richardum in. 4. quem affirmat dixisse: quod si Papa non posset dispensare: non videtur deus fuisse bonus pater familias: nisi dimisisset pastorem super gregem suum: qui posset consulere omnibus occurrentibus/ ut necessario expediret: nec etiam posset dici: quod Papa sit generalis commissarius dei assumptus in plenitudine potestatis: cuius contrarium determinat. 2. quest. 6. ca. qui se scit. 24. quest. 1. Quodcumque. Et addidit Angelus preterea se velle hoc intelligi tam de preceptis. 2. tabule quam de ceteris omnibus veteris et noui testamenti preceptis/ pro quo et citat Archiepiscopum Florentinum in sua summa. Unde. D. Archiepiscopus Florentinus in summa dicit se audiuisset a fide dignis: Papam Martinum quintum: habita consultatione: cum multis doctissimis viris in sacra Theologia et iure Canonico: dispensasse cum quodam: qui acceperat Germanam suam in uxorem propter multa mala et scandala: que euissent: si eam dimisisset: et que euitari non poterant: nisi sic dispensaretur. Subdit Angelus et idem ego dico de similibus ar. 2. quest. 1. ca. multa in fi. 2. d. c. qui se

papa martinus quintus dispensauit germanam suam in

De cōiugio Regis Anglie

scit cū similibus. Et sic scōm hāc distinctionē intellige: et limita.
d. ca. Literas: et similia: que vidētur dicere: q̄ cōtra legē diuinā:
et Euangelicā: aut Apostolū nō potest p̄papa dispēsare: vt in ca.
funt quedā. 25. quest. 1. Quia verū est: vbi ratio legis non cessat.
Adūcit rursus idē: et in predicta opinione concurrunt oēs Cano-
niste si bene intelligātur: qm̄ dicūt: q̄ p̄papa potest declarare: in-
terpretari: et limitare: ac distinguere ius diuinū: quod nihil aliud
est dicere: nisi videre: vbi ratio cessat: vel nō: vt sic nō dispenset:
et sic tene firmiter. hec Angelus in summa. Corroborat dictā An-
geli sententiā Petrus de p̄salude quē pro sua parte citāt aduer-
sarij: nā is libro. 3. dis. 40. quest. 2. cōclusionē. 1. sic dicit: licet iure
cōmuni eius sit interpretari: cuius est cōdere: quia tamē legisla-
tor: Ch̄rus a nobis recessit: vicariū dereliquit illū: qui habet ple-
nitudinē potestatis in terris: saltē dubia in fide et morib⁹ et omni-
bus: q̄ ad deū pertinent: declarādi: sic em̄ expedit propter enig-
mata fidei. Unde et i veteri lege ad sacerdotes erat recursus de
dubijs legis dei: quarū interpretationi q̄ nō stabat: mortis reus
fiebat. Hactenus p̄saludensis. Ego iam huic maiori subsumam
aliā minozē: nimirū hanc: in dubiū trahitur a cōpluribus: an hec
prohibitio cōiugis fraterne sit moralis: ob id potissimū: q̄ quidā
e Theologis cōtendant: eam esse moralē: tam et si minime p̄bēt.
Quidā cōtra strenue reclamāt: et asserūt: eā tantū esse iudicialē.
Quis ergo nō perspicit ex his cōsētaneū esse: vt p̄pōtifici liceat
hāc ambiguitatē tollere declarādo eā nō esse moralē: p̄sertim cū
nequeat ylla solida ratione p̄bari: q̄ sit moralis: pauciq̄ reperiā-
tur: qui dicāt eā esse moralē: cōtra dō plurimi: qui iudicialē esse
cōstanter asserāt. Quū igitur ex sentētia p̄saludensis ad p̄pōti-
ficē spectat omnia dubia declarare: cōsequitur: vt hoc dubiū ex-
plicare quoq̄ liceat: et plane debet decernere prohibitionē illam
fuisse iudicialē: qd̄ et nō semel factū est. Confirmat eandē Joānes
de Turre Cremata in summa: quā edidit de Ecclesia lib. 2. c. 107.
vbi sic dicit. Ex predictis infertur. 2. appēdit assertio: q̄ ad Ro-
manū p̄pontificē pertineat interpretari sacrā scripturā: et dubia
declarare: que. s. emergūt circa ius naturale siue diuinū. Hec au-
tē appēdit sic ex superioribus deducitur: pro quo primo notatur
nempe determinare dubia in talibus potest esse dupliciter: vno
modo scilicet inquisitiue: sicut potest quilibet ex ingenio vel ha-
bitu inquirere de dubijs alicuius scientie: et hoc modo declarare
potest pertinere ad quēcūq̄ doctum in aliqua scientia: et voca-

tur determinatio siue declaratio magistralis. Alio modo potest accipi declarare cum aliqua auctoritate sic scilicet / vt declaratio debeat pro vera teneri vel opinari : ita vt non liceat oppositum sustinere vel opinari. Et hoc modo potestas siue auctoritas declarandi predicta dubia est solum apud summum Pontificem simpliciter / similiter est distinguendum de interpretatione legis diuine aut sacre scripture : quia quedam fit per modum disputationis et inquisitionis scolastice perquirende : quis sit sanus intellectus ipsarum nihil ad verba legis / vel scripture adijciendo / vel subtrahendo : alius est interpretationis modus per modum determinationis obligatorie ad tenendum intellectum / siue sensum datum per interpretationem. Primus modus est magistrorum : quorum tamen interpretatio nemini cogit ad sic tenendum : secundus vero modus interpretationis est Romani Pontificis : cuius determinatio obligat omnes ad sic tenendum et obseruandum. Hec ille. Hic videt lector huius viri sententiam. s. Pontificem habere potestatem declarandi scripturas : et dubia : que emergunt circa ius naturale siue diuinum non inquisitiue solum : vt disputatores faciunt / sed auctoritate definiendi / quid pro vero teneri debeat : ita qd nemini liceat oppositum asserere. Deinde subiicit huius rei iustam probationem ad hunc modum : quod ratione potest ostendi / oportet ponere in Ecclesia vnum caput : ad quod pertineat determinare / et declarare : et interpretari illa : que sunt dubia circa quecumque ad fidem pertinentia siue sint speculatiua / siue agibilia : sed constat in Ecclesia non posse esse aliquod tale caput nisi solum Papam etc. Abinoz patet in superioribus : maior probat : quam oportet ponere Ecclesiam sic dispositam a deo : vt tota communitas vniuersalis Ecclesie maneat in vnitatem fidei / et in vna sententia de fide. Unde Apostolus 1. cor. 1. obsecro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi : vt idipsum dicatis omnes : et non sint in vobis scismata : sitis autem perfecti in eodem sensu / et in eadem sententia : sed hoc non potest esse : nisi tota communitas Ecclesie recursum habeat ad vnum caput scilicet ad presidentem : apud quem esset auctoritas declarandi et interpretandi dubia circa ea : que sunt fidei. Pertinet ergo ad Romanum Pontificem declarare dubia / et interpretari circa ea : que fidei sunt siue iuris naturalis siue diuini. Hec ille. Et hac ratione colligit Romanum Pontificem auctoritatem habere declarandi / et interpretandi dubia circa ea : que sunt fidei siue iuris naturalis siue diuini. Quum ergo dudum in questionem venerit inter eruditos. An prohibitio dicta sit moralis nec ne?

De cōiugio Regis Anglie

Et p̄tifer facto suo partē eā approbavit: que censuit tantū esse iudicialē: igitur habenda est pro iudiciali: et p̄tifici licet in tali s̄timitatis gradu dispēsare. Ad stipulatur illis et Antoninus in tertia parte sūme: vbi postea q̄ recēsuerit opinionē p̄tri de p̄a Iude sic tandē subdit: instar sacrilegū esse disputare de potestate p̄ncipis: et precipue p̄ape: neminū esse p̄missum de sedis Apo- stolice iudicio iudicare: ac illius sententiam retractare videlicet propter Romane Ecclesie primatū Christi munere beato p̄etro collatū: dicit tamē licere vni p̄tifici: vt de altero quouis iudi- cet: quēadmodū Gregorius nonus: quū ante fuisset p̄hibitū ma- trimoniū vsq̄ ad septimū gradū cōsanguinitatis et affinitatis: ip- se reuocauit vsq̄ ad quartum. Suadet demū in fine cōsulendum esse nemini: vt dispēsationē petat a p̄tifice cōtrahendi cū tali: cuius matrē vel germanā ante carnaliter cognouerit: sed si post contractū et multo magis cōsummatū matrimonium obtinuit dis- pēsationē remanēdi cū illa: dimittendū esse negotiū iudicio dei: nec esse condēnandū. hec ille. Patet igitur Antonini sentētia: q̄ habita dispēsatione s̄p̄ eiusmodi nuptijs matrimonij copula se- mel inita nullo pacto dirimenda sit. Ex his autoribus dilucidum est: vbi p̄tifer in eiusmodi casu dispēsauerit standū esse p̄tifi- cis dispēsationi. Nam in dubijs omnibus ille sol⁹ ambiguitatē cō- oēs tollere p̄t: et eius decreto parēdū est nihilominus: quētū le- gis abosaiice tēpore Sacerdoti summo fuerat obtēperandū: id quod fieri sub pena mortis interminatū erat: siue igit̄ natura fue- rit ambiguitas: an p̄hibitio Leuitica moralis: an iudicialis fue- rit: seu venerit in cōtrouersia: an p̄tifer dispēsare posset: an se- cus: vt frater defuncti fratris absq̄ liberis vxorē ducat? Ille sol⁹ nodum hui⁹ ambiguitatis dissoluere potest. Quod si p̄ hac vel illa parte sententiā tulerit: nemo citra summū discrimē decretū eius poterit contēnere. Quū igit̄ apertissimū sit talē his diebus controuersia exortā esse: multis asserētibus id licere p̄tifici: multisq̄ reclamātibus id nō licere: p̄tiferq̄ litē hāc suo facto dis- remerit: atq̄ istud nō semel: neq̄ solus vnus p̄tifer: iā illi vide- rint: num sanis conscientijs matrimoniū: quod sub huiusmodi ca- sus dispēsatione cōsummatū atē fuerit: dirimi queat vllō pacto? Quod si dixerint se manifestis argumentis: que labefactati ne- queant: posse cōmonstrare prohibitiones illas vere morales: ac proinde proflus indispenabiles esse: paucis respondeo nūq̄ illos id facturos: nisi pro viuo fratre velint eas intelligi: sic em̄ si pro-

hibitiones dictas accipi velint: non est dubium (vt diximus) quin
 sint morales: verū ita nostro instituto nihil efficiunt: quod si mor-
 tuo fratre velint eas intelligi: licet ita non nihil moralitatis ha-
 bere videantur: quemadmodum & ceremonialia iudicialiaq; cō-
 mnia moralitatis aliquid habent: non est tamen id satis: vt sint ve-
 re morales. Nam iuxta huius vocabuli conceptionem ab auctori-
 bus traditam, morale dicitur: non quicquid ad mores pertinet:
 sed quod contra iudicialia ceremonialiaq; distinguitur. Ceterum
 vter horū intellectuū verior sit: hoc est / an viuo fratre / an mor-
 tuo absq; liberis intelligi debeant ille prohibitiones / nullis ar-
 gumentationibus diffiniri potest: sed solius Pontificis interpre-
 tatione: sunt enim in vtramq; partem argumēta plurima: sed lō-
 ge preponderant ea: que moliuntur nempe / vt prohibitiones ille
 debeant intelligi fratre viuo. Quam ob rem & Pontifex eā par-
 tem facile comprobare poterit / vt cumq; fuerit: nulla tam efficax
 ratio produci valet: que conuincat non posse Pontificem queli-
 bet huius controuersie scrupulum penitus auferre. Est enim
 igitur ea: que statim a principio polliciti fuimus: & primum: q̄ du-
 cere fratriā: cui nulli fuissent relicti liberi: vere preceptū esset in
 Deuteronomio. Deinde q̄ preceptum illud accipiendum sit / vel
 de vterino fratre / vel de proximo ipsius cōsanguineo. Tertium
 q̄ Leuitice prohibitiones non sint vniuersaliter intelligēde: sed
 ad sensum aliquem contrahende peculiarem. Quartum q̄ in sen-
 su aliquo sunt mere iudiciales: non morales. Quintum q̄ in ali-
 quo sensu sint dispensabiles / in aliquo minime. Pro quibus com-
 monstrandis tam etsi quibusdam forte visi fuerimus haud quāq;
 ita rem firmasse: vt eneruari nequeat: satis tamen ad institutum
 nostrum faciet: q̄ aduersariū nihil producere queant: quod a no-
 bis non facile dissoluatur. Nam donec hoc fecerint: quod et scio
 nunq̄ facturi sunt: semper apud Pontificem auctoritas manebit
 in casu nostro dispensandi. Quam quidem auctoritatem quum
 nullis rationibus infringere queant: nunq̄ dirimi poterit dictū
 matrimonium inter Regē Illustrissimum / & inclitam Reginam
 adhibita dispensatione contractū legitime ratum / & consumma-
 tum: nisi quod Dominus Iesus seruator noster opt. max. auer-
 tat: iudicium conscientia corrumpatur. Aut doctorū Theologo-
 rum deliberationes a vero tramite deuiant: quorum bona pars
 Parisiorū Lutetie (vt audio) munerib; fuit obcecata & corrupta.

Ad Reuerendissimos

in Christo Patres/ & Dominos. D. Cardina-
les: & de latere Legatos.



N negotio Regis Serenissimi pariter & in-
clyte Regine cōsortis eius tā et si plurima du-
dū scripsim⁹ viri perillustres: q̄t vestris obtuli-
m⁹ manibus: cogimur tū iā denuo nō nihil auc-
tarū superaddere: quo vestre cōscientie infor-
mentur plenius: & mea quoq̄ funditus exone-
retur. Vidimus enim in hoc vestro iudiciario
processu cōplures viros nobiles: aliosq̄ nōnul-
los: tum ex aula/ tū ex oppido iuramentis suis adstrictos sup di-
cenda veritate: ceterū id tantū fuit in his: que factum huius ma-
rimonij cōcernunt: de quo minima disputatio pretēditur: nam
de spōsalibus: de nuptijs: deq̄ cōsensu mutuo in matrimoniū hoc
fane paucissimi dubitant. Sed de iure/ de quo maior preteritur
ambiguitas: diuino iure an Ecclesiastico dūtaxat aliquid impe-
dimenti fuisset: quo minus inter personas illas eximias coalesce-
re potuisset matrimoniū: neminem hactenus exacte ac perfecte
examinasse perspeximus: & iam hic dies per vestras āplitudines
dictus assignatusq̄ est ad cōcludēdū oīa ita/ vt postea nihil pre-
ter sniam expectari debeat a nobis. Quā ob rē haud satis mira-
ri possum⁹: quādoquidē hoc loco vos amplissimi patres investi-
gāde vītatis gratia sedetis: & de veritate negotij q̄tum ad ius
diuinū & Ecclesiasticū spectat: nulla quod nobis cōpertū sit hac-
tenus facta sit examinatio: neminē em̄ ex Theologis aut ex Ju-
risperitis hactenus audiuimus: hic apud tribunalia vestra super
impedimento: qd̄ diuino vel Ecclesiastico iure preteritur: aper-
te determinasse: nos vero (quēadmodū veritatis p̄fessores de-
cuit) vestris dignationibus obtulim⁹: qd̄ & Jurisperiti nōnulli si-
militer fecerunt: ceterū quid aut nobis/ aut illis respōsum: sit in-
certum est vtriusq̄ nostrū: neq̄ em̄ respōsiones vlle (si q̄ facte sunt)
nobis aut verbis aut scriptis referunt: vt easdē vel cōprobādi/
vel refutādi spatiū & deliberatio p̄ v̄ras deī sublimitates: idip̄s
certe nullo pacto conijcere possum⁹: qua ratiōe fiat. Ceterū neq̄
veritatē huius negotij certo cōprehēdetis: nisi p̄ eruditissimos
& Theologos & Juris vtriusq̄ peritos/ aut scriptis/ aut saltē ore:

ten^o exactissimā eiusdē negotij vtilationē factā p̄ceperitis / id
 qđ omnino necesse est fieri (vestra venia dicat) priusq̄ a vobis fe-
 rat sentētia equissima: neq̄ em̄ dū certitudo veritatis ex officio
 cōmissio q̄ritur: minor impēdēda est p̄ iudicē sollicitudo: q̄ quā
 ad instantiā partis p̄cedit. Nā hic satis fuerit / si scōm ea q̄ sūt al-
 legata p̄bataq̄ snia ferat: illic aut nō ita: quādoquidē ipse si suo
 fungat munere: teneat exq̄rere / vbi potissimū se sperat v̄itatis in-
 uenire certitudinē. In hac v̄tias disq̄sitione cōgregādi foret eru-
 ditissimi pariter et integerrimi viri nō solū in Theologia / verum
 etiā i iure peritissimi iuxta atq̄ celeberrimi / q̄ post mutuā collo-
 quationē habitā sacramētis suis adigerent palā detegere: q̄ sit
 hui^o negotij veritas: put cuiq̄ visū fuerit in sua cōsciētia coram
 deo: nulla p̄fecto via breuior / nulla certior / nulla deniq̄ tutior ex-
 cogitari pōt: qua vos āplissimi Patres i certā veritatis notitiā
 p̄ducamini: sic vt saluis et securis cōsciētis sniam in hoc negotio
 rectā et iustā p̄nūtiare valeatis. Idē citra morā t̄pis ingētē et ci-
 tra qđuis iudicij scriptū: nā disputādi via lōge p̄lixior est: neq̄
 finē vnq̄ habitura: nisi pars v̄traq̄ multū auida fuerit veritatis.
 Sepi^o em̄ inter disputādū iurgia cōuitiaq̄ nascūt: multaq̄ super-
 vacanea: q̄ nihil ad rē attinēt: interseri solēt. Plerūq̄ ie: q̄ respō-
 det: nō attingit rei p̄posite scopū: sed vires argumētōrū subter-
 fugiēs ad aliena diuertit nōnūq̄ et is: q̄ opponit: vagat ab istitu-
 to aliūde cōquirēs: vnde respōdentē illaqueare possit: nec ipsos
 locos excutiēs / vnde certitudo v̄itatis eruat. Quo fit / vt iuxta
 p̄uerbiū: nimīū altercādo v̄itas amittat: vitari tū hec vitia pos-
 sēt / si tā opponētes q̄ respōdētes adigerēt singuli sacramēto suo
 nihil i mediū spōte sciētēq̄ platurus: qđ nō sperēt ad explicā-
 dū hui^o negotij v̄itatē posse cōducere. Nā vt Diu^o Paul^o ad He-
 breos testat: oīs cōtrouersie finis ē iuramētū: quā ob rē nisi iu-
 reiurādo partes abe / tā q̄ oppositure sūt / q̄ q̄ respōsure distric-
 tius obligēt ad soli^o v̄itatis dilucidationē: nūq̄ erit disputādi fi-
 nis siue scriptis res agat / siue voce tm̄. Expediētissimū igr̄ erit atq̄
 tutissimū p̄ cōsciētis v̄ris obseruādissimi p̄ses: vt vel hi: q̄ pene-
 tralia negotij hui^o dudū p̄scrutati fuerāt: vel alij: q̄ nouas disputa-
 tatiōes lecturi sūt: aut viua voce factas audituri sacramētis q̄q̄
 suis adigāt sup̄ dicēda veritate: minime hec dicim^o: vt v̄ras exi-
 mias Dignatiōes doceam^o: qđ acturi sitis (absit a nobis temeritas
 tāta) s; ob id potissimū v̄ris prudētis hec suggerim^o / ne / quū ni-
 hil horū fieri cernam^o: nobis vitio vertat: si p̄ n̄ras icuriā id silue-

De coniugio Regis Anglie

rimus: quod veritati quouis pacto reperiri unde queat optulari: cōpertissimū enim habemus vestras amplitudines Illustrissimi patres haud aliter certitudinē veritatis in hoc negotio cōsequi posse: quā his modis: quos partim ante memorauimus: partim iam dicturi sumus: hoc est vel ex consensu maioris integriorisq; partis auctorum: qui suis cōmentarijs hoc negotiū tangunt / vel ex collatione mutua plurimorū doctorū in vtraq; facultate: nempe Legum & Theologie peritissimorū: & iurarūt omnes se non alio animo quicquid impugnatos aut defensores: quā quatenus ad veritatem inueniendam cōducat / vel ex scriptis eorundē vltro citroq; habitis responsis / ac argumentis / & replicis vtriusq; partis / vel vt cūcti doctores / q; penetrabilia negotij huius atē peruestigarūt: iure iurādo cōpellantur: quid in hoc negotio senserint singuli iuxta suas conscientias palam aperire. Quā ob rem & cōclusiones quasdam seriatim disponemus: quibus hoc ipsum pro virili nostra fiat perspicuum / quod erat nobis probandū. Prima cōclusio est. Matrimonij hoc iuste dirimi nō potest: nisi clarissimis antearationibus ipsum ostendatur inualidum esse. Cōclusio hec p se satis dilucida est: nā alioqui facile fierēt innumera diuortia: sunt enim innumera matrimonia: que probari nequeunt vllis rationibus / aut testibus / aut instrumentis esse valida. Nā haud raro fit: vt sint matrimonia longevi tēporis: & illorū testes interea mortuos esse. Instrumenta quoq; cuncta: quibus illa solide probari possint: casu amissa esse: sed & dispēsationes / si quā fuissent impetrate: per incuriā aliquā deperisse: tales em̄ casus vltu venire quotidie cernim⁹: quare si ppter inopiā iuste pbatōnis matrimonia passim dissoluerēt: innumera pculdubio fierēt diuortia: nō igit̄ efficacior p matrimonio quouis pbatō: quā palā cōstet ipm a multis annis in itū esse: quā q̄ clarissimis rationib⁹ ipm expugnari nequeat. Nā si clarissimis argumētis / & rationibus nō valeat expugnari: necesse est ipm manere in pristino suo robore: sufficit em̄ vtriq; tā vxori quā viro sua diuturna possessio: donec ipa manifeste pbetur illegittima fuisse: quū itaq; hoc matrimonij inter p̄dictas psonas tā eximias p tot annorū curricula pdurauit: clarissimaq; suscepta sobole: nullo pacto dirimi licet: nisi pri⁹ inualiditas ei⁹ luculentissime doceatur. Et maxime quū nō absq; grauissimo totius orbis scādalo poterit inter easdē psonas diuortij celebrari: nō sunt igit̄ expetende rationes alie: q; probēt hui⁹ matrimonij soliditatē: quā q̄ ipm nullis efficacib⁹ rationib⁹ quest̄ expugnari.

Sed neque diuortium unquam iuste fieri poterit nisi clarissimis et vigen-
 tissimis rationibus hoc ipsum matrimonium apertissime demonstretur
 nullius omnino roboris esse. Secunda conclusio est. Non satis 29
 fuerit ad huius matrimonii dirēptionem iuste faciendam unius auto-
 ris / aut plurium quatuor / aut eruditione / aut vite sanctimonia
 fulserint scientiam et opinionem sequi. Hec conclusio fiet apertior : si
 quis consideret : quod non rara sit inter auctores etiam probatissimos dis-
 cordia / nam plerumque contingit : ut quod unus affirmat : alii pro-
 negent : atque contra. Neque idipsum solum in rebus leuis momenti verum
 etiam in his : que sunt magni ponderis : euenit haud rare. Tibi vero
 sic auctores inter se pugnant : palam est non esse veritatem apud utrosque :
 sed altera pars oportet : in errore sentiat : ceterum ut ea res diluci-
 dior euadat : exempla proponamus. Negat Chrysostomus iura-
 mentum Christianis esse licitum : et tamen ab eo ceteri orthodoxi pa-
 tres in hac re palam dissentiunt. Hic profecto necessum est : ut aut
 hi auctores aut ille non vacet errore / negat Hieronymus eos : qui
 peccata sua sacerdotibus confitentur : ab ipsis absolui sacerdoti-
 bus : et tamen eius sententiam reclamant ceteri : hic fieri neutiquam po-
 test : ut apud utrosque sit veritas : affirmat Augustinus demones
 habere corpora : cui tamen ceteri plane refragantur : et hic aut hoc
 aut illum necesse est : confiteamur aberrasse : prolixum foret cuncta
 recensere loca : quibus vel inter sanctissimos quosque pres non mi-
 nimam controversiam est. Sed in his : que memorauimus intelligi di-
 lucide potest : neminem de cuiusvis negotii veritate certum esse ab
 vnius aut alterius patris testimonio : a quo satis copertum est alios
 complures dissentire : verum ea pars maxime comprobanda est : quam
 communiter orthodoxorum Ecclesia recipit / et sequitur / permisit enim
 singulos auctores deus in quibusdam assertionibus suis labi : qua-
 tenus agnosceretur homines esse : quorum est (quam sibi relictis fue-
 rint) errare posse : quemadmodum per prophetam scriptum est omnis ho-
 mo mendax. Tertia conclusio est. Neque satis fuerit ad huius ma- 39
 trimonium iustam dissolutionem : si iudex crediderit omnes rationes : que
 pro soliditate eius queant adduci : posse dilui palam aut alios quos-
 uis eruditos. Hoc sane fiet perspicuum : si consideremus : quod difficile
 fuerit interdum argumentis indissolubilibus ipsam probare verita-
 tem : nam facilius est (ut quidam ait) defendere : quod falsum est : ne
 falsum esse videatur : quam sic astruere veritatem : ut proteruiens ab ea
 resilire non possit : difficilius enim fuerit nonumquam cum : qui citra pudor-
 rem omnem proteruiendi animam induerit : argumentis vllis quibusvis

De cōiugio Regis Anglie

efficacib⁹ teneri: quin elabatur: q̄ anguillam (vt in puerbio est) cauda cōprehendere. Hec res abunde patuit in ea cōcertatione / et doctorū congressu: quē in Concilio Basiliensi Latini cū Grecis de processione sancti spiritus habuerunt: subterfugiebāt em̄ Greci tum vafricie subdola / tū volubilitate quadā lingue quicquid argumētōrū Latini produxerāt: quoad tandē autorū priorum testimonijs aperte fuerūt conuicti: quocirca licet argumenta: que pro fidelitate matrimonij huius allata fuerint vobis reuerendissimi iudices videātur probabiliter esse dissoluta: ne utiq̄ ob id licebit in hoc negotio diuortij sententiā ferre: nisi prius dissolutiones ipse per alios nihilominus eruditionis ad vnguē excutiātur / et cōprobentur / sed et illis / qui sic vidētur ipsa argumēta diluisse: nisi fortiora produxerint: que nequeāt pari facilitate reuelli: silentium proorsus imponendum est. Quarta cōclusio est. Neq̄ satis fuerit ad diuortij faciendū attulisse rationes vsq̄ adeo validas / vt vnus aut alter etiam eruditissimus in eis dissoluendis pro tempore succumbat. Patet etiā et hoc in illis: q̄ quotidie fieri cernim⁹ in scholis: nā in ipsis disputationibus publicis haud raro cōtingit: vt is qui certissimā aliquā veritatē sua responsione defendere conatur: interim virib⁹ argumētōrū succūbat ac superetur. Et exēpli causa quū forte venerit in questionē an anima sit immortalis: si fuerit huiusce rei quispiā acerrimus impugnator: is qui respōdet nō nūq̄ argumentorū tricis sic implicari poterit / vt hereat / neq̄ tamē ob id hi: qui circumstāt auditores ex respondentis lapsu iudicant falsum esse: quod respondens verū fuisse pridem asseruit / irretiri sane potest laqueis argutarū is: qui veritatis discutiende prouintiā in se suscipit: licet magno ingenio / nec minori doctrina fuerit peditus: at non propterea quod verū est: continuo falsum ex ipsius illaqueatione iudicabitur. Nā si sibi spatium deliberandi secū prolixius datum fuerit: se ipsum ab illis labyrinthis extricabit: licet dilucide forsā is hoc ipsum prestare nequiverit: sufficet si quispiā alter illi tulerit suppetias: sic pariter et in matrimonio fieri par est: et maxime quando matrimonij eo priuilegio donatum sit: vt nūq̄ transeat in rem iudicatam: nūq̄ igitur matrimonij hoc dissolui potest: etiā si quouis pacto rationes ille que p̄ validitate matrimonij p̄ducte fuerint a quouis erudito queāt dissolui. Quinta conclusio est. Neq̄ satis fuerit: si quum solide quedam rationes ob veritatis illustrationem allate sint: easdem clam quis

49

59

dixerit esse dissolutas: nisi pariter et dissolutiones earundem in me-
 dium producantur: ut examen ferant: subeantque censuram equissi-
 mam. Nam facillimum est cuius solutionem cuius argumēto cōtū-
 uis robusto specie tenus probabilem adducere: quū nemo sit: qui
 resistat: aut solutionem ipsam impugnet: prefertim apud eos: qui
 plausibiliter accipiunt quicquid colore quouis opinionem suam sul-
 cire videatur: sic et olim fecere Bohemi: nam quicquid a catholi-
 cis pro veritate sacramentorum adducebatur in mediū: id illi cran-
 culo quasi nullius ponderis esset: palliatis quibusdam respōsio-
 nibus ad plebem diluere moliti sunt: quemadmodum et iam quos-
 que Lutheranos facere notissimum est. Student enim et ipsi rudes
 populum fucatis et coloratis argutis allicere: que temē detrac-
 tis fucis et pigmentis verborum nullius penitus efficacie sunt: nec
 enim omnis respōsio: que in specie quibusdam probabilis esse iudi-
 catur: prioris argumenti vim adeo labefactat: quin apud erudi-
 tos et exercitatos Theologos ipsam consistat in suo rebore: non
 igitur ob qualemcunque respōsionē cedit argumentatio que cuius-
 sed ob eam solem: que nullis replicationibus enervari poterit:
 quocirca neque propter clancularias respōsiones: que non prefe-
 runt in medium: ut limam censuramque subeant: vesire conscien-
 tie Reuerendissimi iudices tute fuerint ad ferendam in hoc ne-
 gotio diuortij sententiam. Sexta conclusio est. Non potest diuor-
 tium per inquisitionem veritatis iuste fieri: nisi prius inquisitum
 quantum per suam industriam congruenter fieri possit: certissimus
 reddatur super inualiditate matrimonij. Et hic notariter dico per
 inquisitionem veritatis nam quum procedit iudex ad instātiā
 partis: tum forte satis fuerit secundum ea que allegantur et pro-
 bantur sententiam ferre: quemadmodum et Diuus Thomas et
 ceteri disputatores affirmant: nec est semper imputandum iudi-
 ci: quoties parti per illius sententiam fit iniuria: prefertim cum
 iudex animum habuerit: ubi fortiora fuissent allegata: pro illis
 ferendi iudicium: sed procedit ut veritatis inquisitor: nisi pro
 sua industria certitudinem veritatis exquirat: aut dolum qui-
 dem non effugiet: aut certe latam culpam: dolum quidem si de-
 dita opera declinet a scopo veritatis: latam vero culpam: si quā
 posset: nollit eam viam incedere: qua certo quoad per humanam
 industriam iam fieri poterit: ad veritatem perueniat: deuinci-
 tur enim ex hoc modo procedendi veritatem exactissime: quan-
 tum per suam industriam fieri queat: peruestigare: quare si nolit

De coniugio Regis Anglie

in ea perquirēda studiū tantū adhibere: quo facile possit attinge-
re veritatē: is nō leuē sed latam admittit culpā: refugit em̄ cer-
tior fieri de veritate: quū citra magnā difficultatē fieri possit cer-
tissimus: ppter qd̄: & omnino videri potest ignorantia affectare:
que quū supina sit & crassa: nō excusat illū ab iniusticia. Quis em̄
crassam ei⁹ & affectatā negabit ignorantia / qui / quū aliquomodo
reddi poterit de veritate certior / nolit enī sequi / sed alia prof⁹
incedit via: qua nunq̄ ad veritatē perducetur / quare neq̄ talis
inquisitor veritatis potest vnq̄ iuste ferre diuortij sententiam:
quū nōdum ei certo cōstiterit matrimoniū ipsum inuālidum esse.
Septima cōclusio est. Nō potest inquisitor ita reddi certissim⁹ /
nisi probationibus nitatur omnino solidis & inexpugnabilibus.
Illas probationes ego solidas & inexpugnabiles intelligo: que
quū in mediū afferantur: nemo valet eas iuste refutare: sed iu-
dicio probatissimorū hominū, vtriusq̄ facultatis etiā iuratorū su-
per dicenda veritate cōprobantur / vt solide: si talibus inquisitor
ipse rationibus innitatur: iam certissimus effectus est: quātū per
humanā industriā & fragilitatē certissimus reddi poterit: & tales
ad inuāliditatē matrimony cōuincendā omnino sunt habende: si
diuortij fieri debet: & ex prima cōclusionē monstrauimus: neq̄ sa-
tis est: vt secūda cōclusionē docuimus: sententiam vnus cuiuspiā
auctoris aut pluriū sequi: q̄ nullas proferat solidas rationes: neq̄
si rationes oēs: que pro validitate matrimony fuerint allate: vi-
deantur pbabiliter dissolui posse: sicut ex tertia assertione liquet.
Neq̄ si rationes eiusmodi cōtra matrimony soliditatē proferā-
tur: quibus quispiā ex tēpore respōsurus illaqueatur: & succum-
bat: vt ex quarta patuit: sed neq̄ si rationes vllē replicatiōe ve-
facte sint in angulis: que limā & examen subire nolint: vt ex quin-
ta fuit dilucidum: nihil horū sufficit ad reddendū inquisitorē ve-
ritatis: q̄tum pro humana fragilitate congruēter fieri liceat: cer-
tissimū: & ad ferendā diuortij sententiam in sua conscientia tan-
tum: sed eiusmodi sole pbationes cuiusmodi superius inexpug-
nabiles esse diximus / poterunt id ipsum prestare. Octaua cōclu-
sio est. Probationes huiusmodi: quib⁹ innitatur: nūq̄ inueniet:
nisi per exactissimam inquisitionem ab illis: qui plurimū insuda-
runt in peruestiganda negotij huius veritate. Errare facile pos-
sunt: qui nihil aliud spectant preter Leuiticas prohibitiones: nā
ex illis prima facie videbitur iure diuino prohibitum esse: ne fra-
ter vxorem fratris: vel absq̄ liberis mortui sibi matrimonio iun-

gat: ceterum qui rem altius introspeyerint: et auctorum omnium
 commentarios ibidem accurate perlegerint: disputatoresque sin-
 gulos: quantum ad hoc negotium attinet: aliqua ex parte excusse-
 rint: accuratissimos cum alijs viris eruditissimis exactiorem
 fecerint: aliud haud dubie pronunciabunt. Nam illis: qui tanta di-
 ligentia veritatem eruere studuerunt: omnino compertissimum
 est: casum dictum nihil ad illas prohibitiones pertinere: qua ob
 rem et inquisitorem veritatis horum sententis nisi constanter oportet:
 et ab eisdem exactissime perquirere: quid eis in hoc negotio
 visum fuerit: nam si qui assecuti fuerint huius negotii veritatem:
 illi maxime putandi sunt: qui solcite suam operam impenderunt
 nullum non mouentes lapidem: quo possent citra caliginem vllam
 ipsam nudam perspicere veritatem. Non conclusio est. Inquisi-
 tio: que fiet: non erit exactissima: nisi singuli: qui fuerint materia
 examinaturi: iureiurando testentur se nihil preter veritatem (vt
 suis conscientijs visum fuerit) aperituros plane. Certe iuxta Le-
 gum dispositionem quicumque causam alicuius patrocinaturi sunt:
 iusiurandum prestare tenentur: quemadmodum codice de iureiu-
 rando propter calumniam dando: lege quum et iudices: et eodem de
 iudicij: lege rem non nouam: aperte traditur. Sed et in eadem lege
 recensetur fuisse consuetum: vt iudices etiam singuli iusiurandum
 prestarent in iudicio cuiusque cause. Porro Panormitanus extra
 ca. 10. de iuramento ad calumniam proius affirmat / optimum esse /
 vt dissuetudine non obstante exigeretur ab aduocato tale iurame-
 tum: nam se audiuisse dicit a valentissimis aduocatis / quod sepe per
 importunas preces amicorum assumunt causas iniustas: atque id
 scienter. Adde quod nemini / qui superfacta testis producitur / habenda
 est fides: nisi prius iurauerit se postposito quouis odio / me-
 tu / fauore / speque premij nudam ipsam veritatem in illis / de quibus
 examinandus est iuxta suam conscientiam dicturum. Et cur non
 similiter in hoc negotio cuncti / qui super veritate iuris exami-
 nandi sunt / suis iuramentis astringi debeant? Nam in hos ipsos metus /
 fauor / odium / spes premij nihil minus cadere potest / quam vel in pa-
 tronos alterius cause: vel in illos / qui de veritate facti producuntur
 in testes / quum igitur et in hos metus / fauor / odium / spes pre-
 mij / non minus quam in alios cadere poterit / necessarium est / vt exactis-
 sima fiat inquisitio: quod singuli suis astringantur sacramentis ad nu-
 dam ipsam veritatem aperte detegendam: falsitatemque omnem
 reticendam: quantum unicuique visum fuerit in sua conscientia.

De cōiugio Regis Angliæ

Decima conclusio. Quisquis inquisitor veritatis nolit ad hunc modū indagare veritatē: nisi quā in hoc negotio sententiā salua cōsciētia laturus est. Cōclusio manifeste cōsequitur ex precedentibus: nā quā refugit ad hūc modū inquirere veritatē: scopū veritatis in hoc negotio nō attinget: sed aberrabit ab eo contra preceptū dei: qui sepius in scripturis suis iubet nō esse declinandū a veritate. Sic enī exodi. 23. scriptū est: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia: vt a vero deuies. Ecce nō est a vero deuianduz in iudicio propter sententiā plurimorum: hoc est tam et si plurimi cōtrariū sentiāt: et in Leuitico quoque sic ait: nō consideres personam pauperis: nec honores vultu potētis: iuste iudica proximo tuo. Rursum in Deuteronomio de iudicibus loquens ita mandat: iudicent populū iusto iudicio: nec in alterutrā partem declinent: non accipias personam: nec munera / que excecant oculos sapientum: et mutāt verba istorū. In prouerbis item sic habetur nō est bonum: vt declines a veritate iudicij. In Zacharia quoque traditur / hec dicit dñs deus. Iudicium verū iudicate: ceterū qui fieri potest: vt iudiciū verū iudicet: vt nō declinet a veritate iudicij: vt in alterutrā partem nō declinet: vt a vero nō deuiet is: qui nolit veritatē esse quæ: quū tamē id facillime poterit: nulli in vtiq; modū faciliore tutiore aut certiore excogitare quisq; valet: quo certitudo veritatis: quātū per humanā industriam intelligi queat: inueniatur: quā ille: quem superius attulimus: quare quisquis modū illū recusat: is nunquā in hoc negotio salua cōsciētia sua: in iam recte laturus est: vt vero tandē perspicue cernamur: nullis efficacib; rationib; doceri posse m̄rimoniū hoc: de quo est sermo: dirimendū esse: iā postremā adiciam; cōclusionē. **Postremo conclusio.** Nullas probationes inexpugnabiles adduci posse: quibus mōstretur hoc matrimoniū: de quo iam agitur: nullū esse. Si enī matrimoniū hoc ostendi queat dissolubile: id est rationibus ex altero duorum fontium petitis nimirū aut ex eo: quod Pontifex nō valuerit cū impedimentis: que obstabāt: dispensare: aut quod reuera non ita dispēsauerit: sed neutrum horuz probabile est. Primuz igitur ostendamus. s. nullo irrevincibili argumento doceri posse: quod Pontifex non valuerit: nam si tale fuisset impedimentum: quo cum Pontifex dispensare nequiverit: id oportet: fuisset diuino iure firmatum: sed nusquā in diuino iure monstrari potest impedimentum eiusmodi fuisse repertum: vt mox docebimur: aut saltem ostendemus a nemine cōtrarium adstrui posse: quare

nihil prorsus obstabat: quominus ipse Pontifex valuisset dispensare. Porro quod et de facto Pontifex dispensauerit: nemo potest ambigere: qui diligenter perpenderit: que sequuntur. Primum auctoritatem Pontificis: qui solo assensu in his: que sibi licent: dispensationem reddit efficacem/ deinde Pontificis beneuolentiam: que tum fuerit erga utrumque Regem maxima: tertio Regis utriusque studium ad sufficientem dispensationem impetrandam: quarto negotii magnitudinem et eius recte gerendi necessitatem: quinto consiliariorum utriusque Regis summam prudentiam et circumspectionem: sexto sollicitudinem oratorum apud Pontificem in explicando negotio suorum principum: septimo negotii qualitatem: quod nihil erat in eo/ cur ob ipsum obtinendum vlla veritas debuit subteriri/ aut falsitas vlla comminisci. Quisquis hec septem attentius expendit: non potest hesitare: quin Pontifex/ quantum in ipso fuit/ votis Serenissimorum Regum abunde satisfacere cupierit: et plenario mentis et oris assensu validam et efficacem iuxta postulata concessit dispensationem: quare de clausulis bulle quecumque ipse fuerint/ parum refert/ quum absque bulla sufficiat Pontificis assensus verbotenus declaratus. Quid enim si dixerit Pontifex cuiusdam: cuius frater iam defunctus esset/ annuo tibi/ quatenus possis fratrem tuam sumere tibi in coniugem: num si postea citra bullam vllam ille fratrem duxerit: non possit salua conscientia cohabitare cum eadem: sed et si matrimonium ipsum consummatum fuerit: certum est neminem hominum id ipsum valere dissoluere: ecce quantum virum habet Pontificis assensus verbotenus declaratus: et idem hic fuisse factum: priusquam vlla bulla scriberetur: nemo qui superiora diligentius attenderit: subdubitare potest. Ceterum neque in bulle clausulis errorem vllum continere plures Legum et Canonum peritissimi defendere parati sunt. Ego vero tantum ea suppeditavi: que res Theologica velut suppetias quasdam peritis Canonum ministrare posset: nihil sententis eorum preiudicans. Ex illorum itaque scriptis/ vbi mea forte non suffecerint: palam ostendetur/ legitimam sufficientemque dispensationem impetratam fuisse: quare quum utrumque iam liquet: hoc est et Pontificem in casu dicto dispensare potuisse/ et de facto quoque dispensasse/ palam est nullam solidam probationem adduci posse/ qua monstraretur/ hoc matrimonium/ de quo iam agimus/ inuaidum esse. Obiectio: ceterum nec pretereunda sunt aduersariorum obiectiones/

De cōiugio Regis Anglie

quibus et ipsi moliuntur ostendere: matrimonium hoc nullius esse roboris: et hic prohibitiones Leuiticas in primis afferunt: e quibus efficacissima: ut sibi videntur et inuincibilem deducunt argumentationem quod viro ipse generatim prohibeat omnes nuptias cum uxore fratris: interdicit (inquiunt) Leuiticus vniuersaliter: ne quis uxorem fratris accipiat: neminem excipiens: quare diuino iure manifeste prohibitum est: ne fratria fratri coniugio copuletur. Responsio sequitur. Nos idcirco respondemus: quod si mens ad hoc fuisset: ut he prohibitiones generaliter acciperentur: nemo poterit hoc argumentum refutare: sed prius hoc ostendat: necesse est: nimirum has prohibitiones generatim citra quamuis exceptionem a Mose fuisse intellectas: id quod (sat scio) nunquam facturi sunt: et maxime quam idem ipse Moses alibi iusserit: ut uxorem fratris: qui sine liberis defunctus est: frater ducat: quis unquam credit Mosen iussisse tam repugnantia: quod videlicet accipiat: et non accipiat: quare certum est: illos nunquam probaturos hanc exceptionem sub illa prohibitionem fuisse contentam. Corroboratio dicte responsionis est. Ceterum ut rem hanc dilucidius comprobemus: Diuus Augustinus omnium calculis ingenio perspicacissimus triplicem harum prohibitionum intellectum tradit questione. 51. super Leuiticum. Ibi nempe declarat prohibitionem illam aut viuo fratre posse intelligi: aut de fratre mortuo sine liberis: quod et Deuteronomij. 25. preceptum fuisse affirmat: aut denique de fratre: qui prius uxorem suam repudiavit: potest enim (ut ait) et hec intelligi vetita per hanc prohibitionem: ne videlicet uxor a fratre prius repudiata ducatur in coniugem ab alio quouis fratre: sensit igitur Augustinus: ut ex eius verbis ibi perspicuum est: has prohibitiones haud quam vniuersaliter accipiendas esse: sed contrahendas potius ad speciale quendam intellectum: neque desunt interpretes alij: quibus apprimè placet Augustini iudicium: siue de viuo fratre prohibitiones illas intelligamur: seu de fratre: qui sine liberis interit: aut demum de fratre: qui suam coniugem repudiavit. Et certe nullam istarum interpretationum aduersarij confutabunt: si quis easdem nulla diligentia tuere velit. Nam quantum ad secundam et tertiam nihil proorsus habent: quod obiciant: primam tamen interpretationem ad hunc modum refellere moliuntur. Obiectio secunda est. Si viuo (inquiunt) fratre debeat intelligi prohibitio illa: iam adulterium est: sed adulterium postea vetuit Moses in eodem capite: quare super vacanea fuisset illa prohibitio. Responsio est. Hic respondemus: quod inter eas prohibitiones: quas in ipso capite Moses

tradit hoc non semel factum sit: nempe quod idem et generaliter et specialiter sit prohibitus. Nam ibi generalem hanc prohibitionem legimus: omnis homo ad proximam sui sanguinis non accedat: ut reuelat turpitudinem eius: et tamen postea specialius hoc ipsum vetat: quum dicit turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tue non reuelabis: similiter in eodem capite vetatur et generaliter et specialiter: ne quis turpitudinem sororis sue reuelat. Nam generaliter prohibetur: quum dicit turpitudinem sororis tue ex patre siue ex matre: que domi vel foris genita est: non reuelabis. Hic certe prohibetur generaliter omnis soror: et tamen postea specialius hoc ipsum prohibet dicens: turpitudinem filie uxoris patris tui: quam peperit patri tuo: et est soror tua: non reuelabis: quare nihil mirum si Moyses et generaliter vetet adulterium: quum dicat cum uxore proximi tui non coibis: et specialiter item dicens: uxorem fratris sui nullus accipiat: viuo scilicet fratre. Adde quod Josephus qui peritissimus fuerat in legibus Hebræorum quum illas prohibitions inueniret: nullam huius de uxore fratris mentionem facit: volens illam intelligi sub adulterio prohibitam: sic enim libro. 3. antiquitatum scribit adulterium quidem omnino prohiberi felicissimum esse credens viros circa thoresse securos: et ciuitatibus simul et domibus expellere filios esse veraces: sed et matribus miseris tanquam malum maximum. lex negauit: similiter cum uxore patris et nutricibus et sororibus coire quemque filiorum tanquam prauam iniustitiam non minus odiuit: prohibuit autem et mulieri naturaliter pollute misceri: et iumentis masculis: eo quod hec libido nequissima videatur: et aduersus eos: qui hec presumunt: mortis supplicium peruenire decreuit. Ecce nullam hic de fratrum uxoribus mentionem habuit: nimirum ideo quod sub adulterio: cuius in primis meminit: comprehensum id intellexerit: quare nihil contra nos hec obiectio facit. Tertia obiectio est: quam non soluit Angelus. Sed aliam rursus obiectionem asserunt nimirum hanc: adulterium est (inquiunt) si quis viuentis fratris uxorem capiat: sed acceptio fratris: quam prohibuit Moyses non est adulterium: quare nec prohibitio illa debet intelligi viuo fratre: minorem ita suadet: mitiorem penam ei: qui prohibitionem istam transgreditur: infligit Moyses quam ei: qui committit adulterium: nam pena violate prohibitionis huius tantum est: ut liberis careat: qui duxerit (inquit) uxorem fratris rem illicitam facit: turpitudinem sui fratris reuelauit: sine liberis erit. Ecce liberorum orbis (inquiunt) pena violate pro-

De cōiugio Regis Anglie

hibitionis huius est: sed adulterij pena mors est: si dormierit (inquit) vir cū vxore alterius vterq; moriatur et adulter et adultera: quamobrem et colligit prohibitionem illam intelligi non posse viuo fratre. Responsio est. Sed hec ratio neutiq; euincit: nam ex differentia penarum nūq; culpe grauitas apud Moysen certe colligi potest: quū ipse Moyses haud raro pro leuibus culpis tantam penam infligi iubeat: atq; pro grauissimis pro cōmestione sanguinis mors infligitur apud Moysen. Leuiti. 7. quū tamē apud nos omni culpa vacet: pro cōmestione fermentati quoq; mors Exo. 12. pro tactu quoq; morticinij quū quis nō ante purgatus ingressus fuisset tabernaculū: mors itē interminatur: esus hostie pacificorum post biduū pena similiter erat mors: gustatio modici vini morte quoq; plectebatur in sacerdotibus tabernaculum ingressis Leui. 10. simplex item fornicatio in filia sacerdotis morte vindicabat Leui. 21. collectio ligniculorū i sabbato morte puniebat. Adde / q; sepi⁹ id apud Moysen abhominabile iudicatur: qd apud nos nec leuissime quidē culpe speciē habet. Nā. 11. Leuitici sic ait Moyses / quicquid aut penulas et squamas nō habet: eorū q̄ in aquis mouetur: et viuū: abhominabile vobis execrāduq; erit: q̄s vāq; dixerit esum cōgri / aut murene / aut ceterorū id genus pisciū execrandū / et abhominabilē esse: Accedit huc: q; apud Moysē vir / q; semel vxorē suā repudiauit: postq; hec alteri nupsit: nūq; potest eā denuo sumere in cōiugem. At quid hic peccati fuerit si quis apud nos hoc fecerit: Imo peccatū erit nōnūq;: si nō id fecerit. Sed et his q; repudiatā duxerit: et ille q; repudiavit: si duxerit alterā apud Christū adulteri sunt. Preter hec et quādo Moyses pro eodē facto nunc mitiorē adhibet animaduersionē: nūc grauiorem: vt pro accessu ad mēstruatā infligit mortē / Leui. 20. quū tñ. 15. Leuitici tñ immūdu. 7. diebus esse voluerit: sed nihil phibet aliter sentire / nā nō ē eadē culpa / nec phibitio: nā Leuitici. 15. c. de marito mēstruate intelligit / 7. 18. et 20. de accessu ad mēstruatā sine m̄imonio. In hoc ipso deniq; negotio nēpe nuptiarū ffie: si generaliter phibitas eas intelligāt / in vtroq; capite Leuitici tā 18. q̄ 20. exigua penarū varietas interminat. Nā in. 20. capite p̄scribit hec sola pena nēpe liberorū orbitas: sed in 20. pena trāsgressoribus indicit exterminatio de medio populi. Dis (inquit) aia: q; fecerit quippiā de abhominationib⁹ dictis: peribit de populo suo. Ecce iudicio Moysi morte plectēdus est: q; aliquā phibitionū harū violauerit: palā est igitur apud Moysen

haud quāq̄ certo colligi posse culpe magnitudinē ex grauitate
 pene: quare nec ex eo qđ infligit orbitas liberorū. In. 20. ca. Le-
 uitici: colligi potest coniugiū fratris nō esse adulteriū: quū. i. s. c.
 eiusdē libri periturus e medio populi sit: qui fratriā acceperit.
 Obiectio quarta ē. Preter hec obijciūt aduersarij ad hūc modū.
 Inter phibitiones illas Moyses ita memorat de vxore p̄ris: tur-
 pitudinē vxoris p̄ris tui nō reuelabis: qz turpitude p̄ris tui est:
 sed hec phibitio nō solū intelligit̄ patre viuēte: s; eodē itē mor-
 tuo: quare ⁊ altera similiter intelligi debet: nō modo de fr̄e vi-
 uo/ sed de mortuo quoq̄. Responso est. Hic respōdemus q̄ licet
 vna aliqua phibitio sic intelligēda sit: nō propterea cōsequit̄: vt
 relique pariter eodē modo intelligā: sic em̄ ⁊ phibitio de vxore
 p̄xiimi deberet etiā accipi mortuo p̄xiimo: qđ apertissime falsū
 esse cōstat: nā ibi nō adijcit̄ viuēte p̄xiimo: sed generaliter inter-
 dicit̄: ne quis coeat cū vxore p̄xiimi sui: q̄ si dixerit quis phibi-
 tionē hāc intelligēda esse de ea: q̄ iā est vxor p̄xiimi: qualis non
 est illa: que fuerat p̄xiimi defuncti vxor: hec vero nō iā est vxor
 p̄xiimi: sed fuit: quare nec aliter ea phibitio poterit intelligi nisi
 de illa: q̄ iam est vxor p̄xiimi: ac proinde viuēte p̄xiimo. Nos
 vicissim idē respondebimus: q̄ vxor fratris non amplius est vxor
 fratris: vbi frater e viuus excesserit: licet āte fuisset vxor fratris:
 quare nec phibitio illa Moysaica aliquo modo p̄tinet ad illā: que
 fuerat: sed q̄ iam est vxor fratris: atq̄ ita fratre viuo: nō mortuo
 debet intelligi: sicuti mox pluribus ostēdemus. Nam sicut in illa
 phibitiōe de vxore p̄xiimi nō fuit adiecta illa particula: p̄xi-
 mo viuēte: sed tm̄ subintellecta: ita pariter ⁊ in hac phibitiōe
 de vxore fratris: q̄q̄ non adijciatur fratre viuo: nihilomin⁹ idē
 subintelligendū est. Hāc rem ⁊ Moyses abunde significauit: quū
 de consimili gradu affinitatis loquitur nempe de sorore vxoris.
 Sunt enim in eodem affinitatis gradu mihi soror vxoris mee ⁊
 vxor fratris mei: nec tamen vetat Moyses quempiam accipere
 sororem vxoris sue: nisi quandiu vixerit vxor: ipsa (inquit) vi-
 uente: quare ⁊ similiter vbi prohibet quemq̄ vxorem fratris ac-
 cipere intelligi debet viuente fratre: sed plurib⁹ hoc ipsum post-
 ea docebimus. Secundo respondemus: q̄ ratio longe dispar est
 in vxore fratris ⁊ in vxore patris. Nam ex quarto precepto ve-
 titum est: ne quis irreuerentiam inferat patri: quare cum vxor
 patris aliquando fuisset persona patri coniuncta: filius: qui re-
 uelauerit turpitudinem illius: videtur ⁊ patris turpitudinem

reuelasse: quod si quis dixerit: hoc ipsum de fratre sequi: nēpe
 ut qui fratris vxorē cognouerit: ipso mortuo fratris turpitudi-
 nem reuelauerit: sed hec argumentatio parum valida est. Nam
 pari argumēto concluderetur etiam de proximo: q̄ qui proximi
 sui duxerit vxorem: proximi quoq̄ turpitudinē reuelauit: quod
 quā alienū sit a mēte. Moses nemo Theologorū ignorat: nisi for-
 te uiuente proximo: res ea contingat: tūc enim haud dubie pro-
 ximi turpitudō reuelatur in grauē ipsius iniuriā: ceterū defunc-
 to proximo nulla fit iniuria: atq̄ ita neq̄ fratri defuncto: maxime
 quū absq̄ liberis diem obierit: imo fit non parua gratia: quē ad-
 modū et Moses plane diffiniuit. Corroboratio solutionum pri-
 ma audiatur. Audistis iam eximū iudices: q̄ parum aduersariū
 suis obiectionibus profecerunt: quare si nostras pro altera par-
 te rationes audire dignemini: plane perspicietis primā hanc in-
 terpretationem non esse proisus reijciendam: et primū pro nobis
 facit autorū compluriū astipulatio. Subscribit cum Augustino
 Rodolphus Flauiacēsis interpres et ipse Leuitici/Petrus item
 Blesensis in epistola vir eximie doctus/Druthmarus sup. Mat-
 theū insignis expositor/glosa Interlinearis ibidem/Hugo Car-
 dinalis tam in euāgelii Matthei: q̄ super Leuiticū/Alexāder
 Hallensis et alij complures: quorū cōmunē rationē hic subiiciā:
 hanc etiam Alexander ad hunc modum recenset. In Leuitico
 (inquit) prohibetur: ne quis vxorem sui fratris accipiat: at in
 Deuteronomio vicissim precipitur: ut fratris: qui sine liberis
 defunctus est/ vxorem frater accipiat: quamobrem colligitur: ut
 sicut hic de fratre defuncto precipit/ita qd̄ in Leuitico prohibe-
 tur: oportet intelligatur: uiuo fratre: ne videlicet scripture sibi
 mutuo contradicant. Hec igitur vna ratio cōmunis est: cur Leui-
 tica prohibitio debeat intelligi uiuo fratre. Secundā corrobo-
 rationē adijciamus. Secūdo corroborabimus hoc ipsum Moses
 vbi inter ceteras prohibitiones verat: ne quis vxorem sue soror-
 is accipiat: ut reuelet turpitudinē eius: intelligit: omnino uiuē-
 te vxore: quocirca quā par sit affinitatis gradus inter virum et
 sororem vxoris: atq̄ inter fratrem et vxorē fratris: oportet: ut hec
 prohibitio pariter intelligatur uiuente fratre: sicut illa fuit intel-
 lecta uiuente sorore. Tertia corroboratio est. Tertio sic vbi Mo-
 ses verat: ne quis coeat cū vxore proximi: q̄q̄ nō exprimat hanc
 particulam uiuēte proximo: nihilominus eandem vult intelligi:
 nā primo viua defuncto: bene licebit alteri cōiugē illius accipere

quocirca nihil obstat: quominus prohibitio de accipiēda fratria
 similiter intelligatur viuentē fratre. Quarta corroboratio est.
 Unitas carnis fratris et vxoris sue nō durat vltērius: nisi q̄d u
 vixerit frater: nā postq̄ frater vita semel functus fuerit: tamen si
 denuo suscitaret̄ ad vitā: solutū est matrimonij vinculū: vxorq̄
 libera reddita ē: vt cui velit/nubat: quare nihil vetat unitas car
 nis inter fratrem et vxorē suā: quominus illo mortuo frater eius il
 lam sibi coniugio copulet. Quinta corroboratio est. Vetat Mo
 ses in eodē capite: ne Iudei iuxta morē regionis Chanaā: quam
 essent ingressuri: facerēt: nec in legitimis eorū ambularēt: nimi
 rū ideo q̄ fuissent abhominabilia: sed casum nostrum de d. cēda
 fratria mortuo fratre. Iudei semp̄ ceu legitimū apud eos obser
 uabāt: vt mox ostēdemus: quinetiā ipse Moyses hoc ipm fieri mā
 dauit: quare prohibitio illa prorsus intelligēda est de fratre viuo:
 quū nec abhominabile deo potuit esse: qd̄ Moyses fieri mādauit.
 Sexta corroboratio ē. Titulus ipsius capituli est de illicitis coi
 tibus: et sane cuncte prohibitiones: quas ibi tradit Moyses: sunt
 illicite/casus vero noster semp̄ fuit licitus: vt quum alias crebro
 docuimus: tū postea quoq̄ dicturi sumus: quā ob rem et de vxo
 re viuentis fratris: cū qua plane coitus omnis illicitus est: intel
 ligi debet illa prohibitio. Septima corroboratio est. Omne ve
 rū omni vero cōsonet: sed hoc est verū: q̄ mortui fratris vxorē
 frater alius potuit vel merito suo ducere: ergo et cōsonat illud cū
 alio vero: quodcūq̄ detur: atqui nō cōsonat cum illa prohibitiō
 ne Leuitica: nisi eā intelligamus fratre viuo: quā ob rem aut il
 la nō erit vera: aut sensum aliū habeat: oportet: q̄ de fratre quo
 uis indifferēter siue viuo siue mortuo. Octaua corroboratio est.
 Cōminatur Moyses in eodem capite: q̄ omnis anima/que fecerit
 quippiam de prohibitionibus ante dictis: quas et abhominabiles
 vocat: peribit de medio populi sui: sed nemo propter executionē
 casus nri periturus est: imo laudē potius/et premiū reportatur
 a deo: vt qui recusauerit id facere: vituperio penaq̄ dign⁹ apud
 Moysen iudicetur: vnde cōsentaneū est: vt sicut preceptū Deu
 teronomij de fratre mortuo traditur: ita prohibitio Leuitica de
 viuo fratre intelligatur. Reliquū est/ vt cōclusionē apponamus.
 Quis iam non perspiciat ex his corroborationibus: q̄ facile de
 fendi queat aduersus omnē nostre assertionis impugnatorē pri
 ma illa interpretatio diui Augustini: q̄ videlicet prohibitio Le
 uitica debeat intelligi fratre viuo: ceterę due relique multo faci

De cōiugio Regis Anglie

lius a quouis erudito poterūt sustineri: nimirū si vel de repudiata: vel de vxore fr̄is: q̄ sine liberis defunctus est: intelligat ipsa phibitio. Quū itaq; pbationis onus aduersarijs incūbat: videtis Iudices q̄ lōge distent ab hoc: de quo iā agitur: euertendo matrimonio: nā hoc certissimū est: illos nūq̄ ostēfuros huiusmodi matrimoniū diuino iure fuisse prohibitū: nisi prius cōuicerint illas prohibitiones vniuersaliter intelligēdas esse: quēadmodū vniuersaliter enūtiabāt: et vnāquāq; dictarū triū interpretatiōnū clarissimis argumētis expugnauerit: id qd̄ sat scio: nūq̄ efficiēt. Cōprobatio p̄ exēpla subsequit̄. Alterū q̄ id est ad tertiā interpretatiōnē attinet: nūq̄ euincet: hoc exēplo dilucidū efficiem̄. Nā sicut hāc phibitionē nō occides tametsi ḡnraliter extulisset Moyses: noluit tū eandē generaliter accipi: sic et hāc: turpitudinē vxoris fr̄is tui nō reuelabis: tametsi generatim enūciasset: noluit tū generatim accipi: quēadmodū postea sum̄ ostēfuri. S; age prius illud doceam̄: nēpe q̄ Moyses hāc phibitionē / nō occides: noluerit vniuersaliter intelligi / nā si generaliter intelligeretur: iā recta cōsecutio foret: nō occides: ergo ne culicē quidē occides: sed hec apud Theologū ineptissima collectio est: quā cōsequēs in antecedēte nequaq; intelligat phiberi: quā ob rē neq; iuxta Moysaicū intellectū cōsequit̄: nō occides: ergo culicē nō occides: fateor quidē Sophistis: q̄ generaliter hāc phibitionē intelligūt / iustā hāc videri cōsecutionē: verū apud Theologos: q̄ nolūt eandē generaliter accipi: nō ita: nā apud hos nō sequit̄: nō occides: ergo nō occides maleficū / qz licet apud hos ipsa phibitio: nō occides: generaliter efferat̄: nō tū generaliter intelligit̄: sed intellect⁹ eius certis cōprehēditur limitibus: extra quos si quis eā phibitionē extēdere moliat̄: nihil agit: quare nō sequit̄: nō occides: ergo culicē aut maleficū nō occides: quādoquidē id: qd̄ cōsequens est: neutiq; intelligit̄ veritū in antecedente. Alterū exemplū est. Et idē quod est iudiciū est de phibitione operū in sabbato: ac multis alijs. Nā hāc quoq; phibitionē nō facies omne op⁹ in sabbato: licet ḡnraliter enūciasset Moyses: noluit tū: vt generaliter intelligeretur: neq; em̄ iuxta Moysaicū intellectū recte colligit̄: nullū opus operaberis in sabbato: ergo nec sacrificandi opus facies: neq; bouē: q̄ forte in foueā cecidit: subleuabis: neq; proximo per tuā operā subuenies in sabbato: nihil horum ex illa generali phibitione sequitur quādoquidē extra limites illius phibitionis sunt: quemadmodum et alia multa: quę Moyses in

Pentateucho fieri non semel precepit. Ad hunc itaque modum licet
 Moyses prohibitiones Leuiticas generatim protulisset: noluit ta-
 men easdem vniuersaliter intelligi: tametsi nullam in eis fecerit ex-
 ceptionem: neque enim simul omnia dicere potuit: sed paulatim aliud post
 aliud erat scribendum: quia ob rem et sepe numero generalis in scrip-
 turis ponuntur prohibitiones: quarum exceptiones ex alijs petende
 sunt locis: id quod satis abunde notum est his: qui vel mediocriter
 in sacris literis exercitati sunt: neque enim protinus / vt prohibitionem
 vnamquamque recenserit / ea subiecit Moyses: quia Spiritus Sanctus di-
 xerat excipienda: quare licet vniuersali nota prohibitiones illas
 enunciasset: noluit tamen intellectum ipsarum prohibitionum vniuersaliter
 accipiendam esse: non est hec igitur efficax et indissolubilis argumeta-
 tio: Moyses ita vetuit dicens: vxorem fratris sui nullus accipiat: ergo
 nec defuncti quidem absque liberis: sicut non sequitur / non occides: ergo
 nec illum occides: qui iure damnatus est ad mortem: et nullum opus fa-
 cies in sabbato: ergo nec bouem in die sabbati subtrahes e puteo:
 neutrum horum recte sequitur: atque id propterea: quod consequens in antece-
 dente nequaquam intelligitur esse prohibitum: et sane par omnino iudicium
 est de Leuiticis prohibitionibus. Quam ob rem et nullo modo con-
 uinci potest ex illis prohibitionibus: quod accipere vxorem fratris absque li-
 beris defuncti fuisset diuino iure prohibitum: et maxime cum sacer Spi-
 ritus hoc ipsum lata lege fieri voluerit / et iusserit / quemadmodum in
 Deuteronomio satis dilucidum est. Nam cui obsecro verosimile
 fuerit: vt Spiritus ipse sacer: qui legum harum omnium in Penta-
 theucho traditarum autor et conditor erat / leges duas omnino re-
 pugnantes / et vni populo daret: presertim cum nulla fuisset imitandi
 ratio: quemadmodum paulo post ostensuri sumus. Obiectio al-
 tera fuerit. Sed hic miris technis et prestigijs vtuntur: quo sub-
 terfugiant harum prohibitionum sanum intellectum: aiunt enim prohibi-
 tiones Leuiticas per. 32. annos ante latam Deuteronomicam le-
 gem fuisse traditas: quo tempore contendunt vniuersaliter fuisse
 prohibitum: ne fratris vxor quouis pacto ducatur a fratre: siue
 viuus ille fuerit: siue mortuus. Nam per illud tanti temporis in-
 teruallum nulla vnquam de vxore fratris absque liberis mortui facta
 fuit exceptio: ac proinde colligere nituntur: hoc toto tem-
 pore licuisse nemini vxorem fratris etiam absque liberis mortui
 ducere in coniugem. Ceterum hi miri fuci sunt: et imposture:
 quas tametsi preterant aduersarij nostri / nullis tamen efficaci-
 bus probationibus stabiliunt vnquam: neque enim inter autores

De cōiugio Regis Anglie.

certo cōstat de tempore: quo scriptus fuerat Deuteronomij li-
ber: sed nec scire certo potest ex scripturis ipsis tempus diffi-
nitum: quo scribebatur/loquutus quidem fuerat Moyses verba
eius non inficior trans Jordanem in solitudine campestri mul-
tos annos post datam legem in Sinay: nam id testatur initiū ip-
sius libri: vbi sic legimus: hec sunt verba: q̄ loquutus Moyses ad
oē Israel trans Jordanē in solitudine cāpestri: ibi loquitur fuit
Moyses ea: q̄ in Deuteronomio scripta sunt: at quo tēpore scrip-
ta fuerant: incertum esse nemo dubitabit. Affirmat tñ autor com-
munis glosse: que nō mediocris apud vere orthodoxos existima-
tionis est: i p̄m Deuteronomiū aut magnā ei⁹ partē / vna cū alijs
P̄tateuchi libris fuisse scriptum: sic enim habetur ibi. s. venisse
vsq; ad montē Sinay spatio. 40. dierū duodecim mansiones fe-
cerunt: ⁊ hoc. 10. anno ⁊ ibi fere per totū annū steterūt ibi lex da-
ta est ibi Genesis script⁹ / Exod⁹ nūeri scripti sūt: ⁊ magna pars
huius nēpe Deuteronomij: ex quib⁹ verbis apparet magnā par-
tē Deuteronomij cū alijs P̄tateuchi libris fuisse scriptā: quocir-
ca nec irreuincibiliter pbare possunt ānos tot nēpe. 32. interces-
sisse inter scriptiones horū librorū. Letrū vt cōcedamus tot an-
nos interuenisse: quid tū deide colligēt: nō ob id certe cōsequit:
q̄ pro illo annorū interuallo phibitiōes ille prorsus vniuersali-
ter essent intelligēde: aut q̄ illo spatio tēporis neutiq; licuisset:
vt frater vxorē fratris absq; liberis defuncti sibi copularet: sicut
nec ex alijs prohibitionibus similia colligi queant. Nā in Exodo
tradita fuit illa phibitiō: nō occides: in Deuteronomio vero iu-
betur: vt occidatur adultera: nō tñ sequit: q̄ toto illo tēporis in-
teruallo vetabat̄ occisio adultere. Similiter i Exodo fuit inter-
dictū: ne quicq; operis fieret in sabbato: quū tñ post hoc in Leui-
tica p̄cipiatur leuitis: vt operētur: quid ergo: nō propterea cōse-
quit: vt tpe intermedio nemini licuerit sacrificij opus agere: sic
pari modo de phibitione nuptiarū fratris ⁊ iussione earūde in ca-
su nō cōsequit: vt pro interuallo hec sub illa phibeat̄. Alte-
ra obiectio ē. Qd si rursū obiecerint ad hūc modū: Moyses quū
hec vetuisset: nullā fecit exceptionē: s; absolute p̄nūciavit dicēs:
vxorē fr̄is sui null⁹ accipiat: ⁊ rursū turpitudinē vxoris fr̄is tui
nō reuelabis: atq; alio qdē loco: q̄ duxerit vxorē fr̄is sui rē facit
illicitā: turpitudinem sui fr̄is reuelauit: absq; liberis erit: q̄ ob rē
vt ḡaliter ⁊ citra quāuis acceptionē hec ptulit: ita voluit ⁊ ḡia-
liter eadē itelligi: quoad noua qdā lege data fecerit exceptionē.

Responsio est. Sed hec argutia nihil efficit: nā ad hunc modum
 quū vetuisset Moyses in Exodo: ne quicquid operis in sabbato fie-
 ret: quādoquē hoc generaliter enūciauit/ ita generaliter debuit
 intelligi/ donec lege lata contrariū affirmasset: quū igit post hoc
 in Leuitico legē tulerit: quod infans octauo die circūcideretur/ cō-
 sentaneū est/ vt toto illo intervallo/ quod fuit inter prohibitionē
 in Exodo latā et istā iussionē in Leuitico traditā/ nō licuisset cir-
 cuncissionis opus in sabbato fieri: quod manifeste in Exodo gene-
 raliter vetuisset/ ne quicquid operis in sabbato fieret: nō tamē hec
 prohibitio se extendebat ad circūcissionis opus: tametsi postea le-
 gem de eodē contrariā tulisset. Alia obiectio est. Sed hic forte
 negabūt iussionē hāc posterius factā priori prohibitioni fuisse cō-
 trariā: verū hoc firmare nequaquam possunt: quādo manifestū est al-
 terā in hoc alteri cōtrariari/ quoniā quū prohibitio vetet: ne fiat
 vllū opus in sabbato: lex postea lata iubet: vt opus circūcisionis
 in sabbato fiat: tametsi dies octauus fuerit sabbatū: manifestum
 est igitur: quod circūcisionis opus cōprehendebatur sub illa prohi-
 bitione: nō facies omne opus in sabbato: que tamē erat generali-
 ter enūciata et citra cuiusuis opis exceptionē: quocirca tametsi
 Moyses gñaliter hāc prohibitionē protulisset: nō erat tamē eius
 animus: vt generaliter intelligeret: et ad eundē modū argumen-
 tationi priori nos respōdemus: quod licet prohibitiones Leuitice
 fuissent vniuersaliter prolatae: nō intendebat tamen ipse Moyses:
 aut Spiritus sanctus in Moyses: quod vniuersaliter essent accipiēde:
 nā et postea legē tulit de fratris vxore ducēda: que prohibitioni-
 bus illis aduersatur/ sicut et preceptū de opere circūcisionis tra-
 didit: posteaquē vniuersaliter ante vetuisset in sabbato fieri quic-
 quid operis. Alia obiectio est. Sed hic forte rursus nos adoriētur
 aduersarij p̄texentes nōnullā inter hec precepta dissimilitudinē
 esse: propterea quod p̄ceptū de circūcissione diu ante Moysen tradi-
 tū erat: quāmodū in Euāgelio Joānis Christus ait: propterea
 Moyses dedit nobis circūcissionē: nō quia ex Moyses sit/ sed ex pa-
 tribus: ecce (inquiunt) hoc preceptū de circūcissione Moysaica
 prohibitionē antecessit: quā ob rē et Moyses ipsum reuocare po-
 tuit: sed exclusum fuit illud preceptū ab illa prohibitionē. Respō-
 sio est. Hic nos respōdemus/ id/ quod obicitur/ haud mediocriter
 instituto nostro cōducere: nā ex eo satis dilucidum est: quod Moyses
 quādam vniuersaliter protulit: quā noluit vniuersaliter itelligi: quē ad-
 modū ex hac illoꝝ p̄fessione patet: nepe quod tametsi Moyses vetuisset

De cōiugio Regis Anglię

uniuersaliter quicquid operis in sabbato fieri: noluit tñ sub ista phibitione cōprehēdi circūcisionis op^o: quōd ante traditū fuerat a p^{ri}b^o: et hoc ip^se est / quōd nos dicim^o i negotio n^o: quod videlicet Moyses tametsi phibitiōes ip^sas Leuiticas uniuersaliter tradidisset: noluit tñ easdē uniuersaliter intelligi: neq^{ue} nuptias fr̄ie: cui^o marit^o defunctus est absq^{ue} liberis sub illis phibitionib^o cōprehēdi: nimirum ideo quod a patribus is mos diu ante emanauerit: quē admodū alibi satis vbertim ostendimus: et iam denuo repetemus. Liqueet primū ex Seneseos libro / Judā Patriarchā tres filios habuisse: quorum primo iuenculam / cui nomen erat Thamar / dedit cōiugem: at illo mortuo / mox eandem secūdo filio copulauit: sed quū Judas hūc etiam filius alterū obisse diē suū comperisset: iunior quidē illum inuasit: ne tertium cōmitteret eidem femine: metuebat enim / ne tertius item filius si id faceret: simili clade corripere retur: spopondit tamen se tertium hunc filiū daturū ipsi vidue Thamar: ob quod et iussit eā in habitu viduitatis permanere: donec Sela (hoc erat tertio fratri nomen) adolesceret. Ihic videtis Iudices Reuerēdissimi Patriarchā Judā tres per ordinē filios vni femine dedisse. Quōd si cetera: que in illo capite traduntur / diligentius annotaueritis: plane comperietis legē hanc / quā postea Moyses de fratria ducenda tulit: e patribus manasse. Annotatio prima est. Nam in eodē capite refertur: quod quū primus frater interisset: Judas ad scōm dixerit: ingredi ad vxorē fr̄is tui: et sociare illi: vt suscites semē fratri: an nō hec verba plane legem illā Deuteronomicā exprimūt: sic enim habet ip^sa lex / quādo frater vnus mortuus fuerit absq^{ue} liberis: vxor defuncti nō nubet alteri: sed accipiet eā frater eius: et suscitabit semē fratris sui: palā est igitur iussionē Iudę cū iussione Moysaica prorsus conuenire. Annotatio altera est. Deinde notetur et hoc: quōd in eodē capite sequitur: nepe quod secundus frater sciēs nō sibi nasci liberos: semen fuderit in terrā / ne liberi fratris nomine nascerētur: vnde nā hoc sciuisset ille secūdus frater nisi ex patria traditiōe / et ex more antiquo: qui vicē legis tū habebat: Annotatio tertia est. Ibis accedit annotandū: quod Judas quicquid post priorū fratrum interitus timuisset tertium fratrem illi femine tradere: spopondit tamē id se facturū. Quis hic nō perspiciat Judā virū vtiq^{ue} nobilem et prudentem ac successore sobolis percupidum: nisi lege fuisset compulsus: lege (inquā) a patribus tradita: nunquā fuisse daturū eidē femine tertium et eandem iam vnicū filiū suū: presertim quum sciret priores

duos eius fratres interisse: et formidaret hunc tertium simile dis-
 crimen subiturum. Annotatio quarta est. Preter hec et illud an-
 notatione dignum est: quod ipsa Thamar postquam ex alioquam Sela ter-
 tio fratre deprehensa fuisset concepisse: mox adiudicata fuit ad
 mortis penam subeundam: quod certe factum non fuisset: nisi propter
 adulterium facinus perpetratum: quandoquidem eo tempore scor-
 tatio nequaquam tanti momenti reputabatur: ut esset morte plecten-
 da: iure igitur consuetudinis illa tertio fratri debebatur: nec po-
 tuit alteri nubere: quemadmodum in Deuteronomio Moses insti-
 tuit: restauravit enim priscam legem illam Moses / quemadmo-
 dum Alphonsus atque Tyrannus / et alij complures auctores mani-
 feste tradunt. Annotatio quinta est. Ceterum ut dilucidius intelli-
 gamus sponsalia fuisse facta inter filium Jude tertium et Thamar:
 obseruanda sunt verba Jude: que dixerat ipsi vidue Thamar.
 Nam ex illis perspicuum est / quod Judas licet vehementer formidasset
 periculum: quod tertio et iam unico filio preuidet euenturum: contrahi
 nihilominus voluerit sponsalia: quam ob rem et dixit ad Thamar
 Judas: esto in domo patris tui: donec crescat Sela filius meus:
 hic certe Judas pater sponsionem fecit pro filio: porro de consensu
 Thamar satis constat ex verbis: que sequuntur: subdit enim scrip-
 tura: quod iuxta preceptum Jude Thamar abierit: et habitauerit in
 domo patris sui nimirum expectans nuptiarum tempus. Quum igitur
 ipsa Thamar aliunde / quam ex Sela sponso postea concepisset: meri-
 to velut adultera mortis rea iudicabatur. Annotatio sexta est.
 Preter hec occurrit et illud: quod in eodem capite Judas aie-
 bat de Thamar vidua: iustior me est: quia non tradidi eam Sela
 filio meo: ecce culpam suam Judas grauiorem esse confitetur:
 quam fuerat culpa Thamar. Mulier enim si mariti consortio des-
 tituat / facile cadit in fornicationem: propter quod et Paulus
 iussit: ut ob supra vitanda mulier que suum haberet virum:
 maiorem itaque suam fuisse culpam Judas agnouit: nimirum ex eo
 quod iuxta probatam consuetudinis legem: qua astringebatur: non de-
 didisset filium suum ipsi Thamar / maiorem (inquam) quam erat culpa
 ipsius Thamar: que per muliebrem fragilitatem: et prolis auidi-
 tatem lapsa fuerat. Epilogus annotationum sequitur. Cui iam
 non erit ex his omnibus dilucidum: quod consuetudo de relictis fra-
 trum (quum absque liberis essent) ducendis fratribus ortum ac-
 cepisset ex primeua Patrum traditione: nam haud dubie si nul-
 la talis fuisset approbata consuetudo: secundus ille filius Jude

post mortem sui fratris nihil dubitasset: quin ex fratria geniti liberi sibi nō fratri ascriberentur: sed nisi preceptū Jude tam graphice p̄cepto a Mosaiico respondisset: neq; Thamar fuisset velut adultera morti cōdempnata: neq; Judas clamasset iustiozem se fuisse Thamar. Postremo: nec Judas tres p̄ ordinē filios vni dedisset femine: et maxime quū pertinuisset: ne tertio filio: quem tunc vnicum habebat: similis interitus obueniret: qualis duobus prioribus ante contigerat: hec (in q̄) singula quisquis digne pensauerit plane perspiciet eiusmodi consuetudinem ceu legē quādam licet minime scriptam a primis ipsis Judeorum patribus descendisse. Nā (vt postea mōstrabim⁹) eiusmodi leges Abrahe fuerāt a deo date: quas et ipse relicturus esset posteritati sue: et q̄ hęc res adeo dilucida sit: nō solum ex hoc loco Geneseos: verumetiam ex libro Ruth: et ex Euangelio quoq; a Matthei: cōsentientibus insuper ipsis eruditissimis iuxta atq; sanctissimis patribus: aduersarij tamen ita sue opinioni sunt addicti: vt oīa potius abrumphant: q̄ a sententia sua se deici patiātur. Nā quū intelligāt se plane victos: vbi semel admiserint germanū aliquē fratrem lege deuinctum fuisse: quāuis defuncti fratris absq; liberis vxorem ab illo cognitā sibi copulet: omnibus neruis adnitūtur / vt caligine quadam obducant singula queq; loca: in quibus scriptura videri queat hoc ipsum statuere plane. Negāt igitur et cōtra sententias omniū orthodoxorū primā legem Deuteronomica de germano fratre intelligendam esse. Negāt etiā eisdē repugnantibus Jacob et Ely fuisse fratres vterinos: atq; alter legale patre Joseph viri a Harie: alterū naturalē eiusdē patre fuisse. Negāt et hunc locū Geneseos: quē iam tractauimus: q̄ clarissimū sit docere: quātū fratri liceat vxorē fratris accipere: q̄ prius ab ip̄o fuerat cognita: sed aduertite Iudices precor: q̄ in ualidā huiusce rei rationē afferāt: nā de loco illo Geneseos agemus primū: ac postea de reliquis. Aliant em̄ Chrysostomū aperitissime comprobare Thamar: que germanis fratribus alteri post alterū nupta fuerat: virginē permāsisse: donec Judas pater eorū illā cognouisset: p̄ quo recitat eūdē Chrysost. (sed nō inueni nisi alia de Thamar homelia. 62. in. 37. Gene. Tomo. 5. Chrysostomū) in opere imperfecto ad hūc modū: videt̄ quidē Judas ex incestu nurus sue Thamar filios suscepisse: reuera autē neq; nurum: q̄ ex meretrice: meretrix enim non fuit / quia propter amorē feminis Israel finxit se meretricem: cum non esset: nurus autem non

fuit: quia nullus eam cognouit filiorum Iudae: cum Iudas suo ip-
 sius experimento exterritus nolisset ei accipere cōiugem ex fi-
 liabus Cananeorū: sed dedisset ei Thamar ex filiab⁹ Arā. Ma-
 ter autem ei⁹ / cū esset Cananea / hortaretur eum accipere ex ge-
 nere suo / ille consilio matris vsus non cōtigit eam: propter quod
 percussit. cū dominus malignantē: alter autē filius audiēs: quod
 fratri suo semē fuerat suscitaturus / nō sibi / semē suum effudit in
 terram: propter quod et ipse percussus est: sic factū est: vt Tha-
 mar virgo maneret. hec Chrysostom⁹. Solutio est. Sed esto vir-
 go fuisset Thamar: quid inde aduersarij colligēt: an q̄ mos he-
 breis nō fuisset: vt frater germani fratris postea q̄ absq̄ liberis
 decessisset: vxorē acciperet: modo fuisset a fratre prius cognita:
 minime. Nā locus ipse Geneseos aperte cōtrariū docet: lex enim
 illius tēporis: quē admodū supra mōstrauimus: adigebat Iudā:
 vt etiā inuitus ipsi Thamar post interitū aliorū fratrum tertium
 item spōderet filiū / hoc (inquam) fecit Iudas ipse lege coactus:
 q̄ priores fratres liberos ipsi Thamar nullos reliq̄ssent: neq̄ em̄
 hoc ideo fecit: q̄ ipsa Thamar adhuc māssisset virgo: nā et hoc il-
 le profūs ignorauit: quē admodū et Chrysostomus ipse testatur
 hoc eodē loco: quē atē citarūt aduersarij: nā vbi dixisset: sic fac-
 tum est: vt Thamar virgo maneret: continuo subiungit: hec au-
 tem de filijs suis gesta quū nesciens Iudas diu lamentaretur: et
 plāgeret penitens: quia nephandum opprobrium cum nuru sua
 (vt putauit) fecisset: quid hoc aliud est: q̄ q̄ putauerit eam fuisse
 nurum suā et ante cognitā a filijs: et certū est illū existimasse / q̄ ex
 cōmixtione cum ipsa talis interitus filijs suis duobus ante con-
 tigit: ac proinde timuit: quē admodum scriptura testatur: ter-
 tium eidem filiū copulare. Quid igitur ad rē facit: virgo fuisset
 Thamar: an minime: quū Iudas hoc ipsum ignorarit: imo puta-
 rit cōtrariū: neq̄ enim ideo: q̄ esset virgo secundum filium ei de-
 dit / mortuo priori: postea q̄ secundo mortuo spōnderit / et eidē
 iam vidue tertiū. Sed ob id imprimis q̄ per legem illius tempo-
 ris ita facere cōpelleretur: v̄ gebat enim illū consuetudo: mosq̄
 patrius: qui et vicem legis obtinuit: vt in locum de mortui fratris
 absq̄ liberis frater proximus omnino substitueretur: alioqui
 plane quum pertimūisset Iudas et tertio filio similem interitū
 imminere: nunq̄ spōndisset ipsam eidem femine. Nihil igitur
 pro aduersarijs facit Chrysostomus hoc loco iam per eos citato:
 quin imo tam hoc in loco / q̄ alijs vbi rem hanc excutit: aperte

pro nobis facit: nam vbiq; testatur legem huiusmodi Iudeis fuisse: qua tenebantur ipsi mortuis fratribus absq; liberis vxores illorum sibi coniungere: atq; ita suscitare semē defunctis fratribus: quam legem recenset homelia. 49. super Mattheum in opere imperfecto: vbi de germanis duobus fratribus loquitur: nempe Philippo et Herode: et rursus homelia. 71. in eodem opere: vbi et Iudeos taxat: q; legem ipsi crebro neglexerint omne quodam ducti: et q; (inquit) lex ita cogat sepe tamē id neglexerunt: sed et hoc etiam loco: quem ex opere imperfecto citat: Chrysostomus meminit eiusdem legis inquitens: alter autem filius auditus: q; fratri suo semē fuerat suscitaturus: non sibi: semen suum effudit in terram: et vnde hoc sciisset ille alter frater nisi propter legem et consuetudinē illius temporis: ut cumq; fuerit: hic locus: quem attulerunt ex Chrysostomo: nec tantillum aduersarijs conducet. Ceterum quod negant legem Deuteronomicā de fratribus germanis accipiendam esse: nos ex consensu omnium orthodoxorum: um hoc ipsum ostēdimus in eo libello: quem nouissime porreximus vestris manibus: Iudices prestātissimi: quare nihil opus est: vt amplius hac de re iam disseramus. Porro quod inficiatur Jacob et Ely fratres vterinos fuisse: atq; illum quidē fuisse naturalem patrem Ioseph: qui fuit vir Marię: istum vero legale patris asseritio penitus illis aduersatur. Nam cum alij plurimi: tum Hieronymus imprimis hoc ipsum affirmat in cōmentarijs super Mattheū ita tradēs hunc locū: obiecit nobis Iulianus Augustus de dissonātia Euāgelistarū cur Euāgelista Mattheus Ioseph dixerit filiū Jacob: et Lucas eū filiū appellarit Heily: nō intelligens consuetudinē scripturarū: q; alter secundū naturā: alter secundū legē ei pater sit: scimus enim hoc per Mosē deo iubente preceptum: vt si frater aut propinquus absq; liberis mortuus fuerit: alius eius frater accipiat vxorē ad suscitandū semē fratris vel ppinqui sui. Super hoc et Africanus temporum scriptor: et Eusebius Cesariensis in libris Diaphonias Euangelion/ plenius disputarūt. hec Hieronymus. Ex quib; verbis primum patet Iulianū apostatam hanc dissonantiā Euangelistarū orthodoxis obiecisse. Deinde conciliari dissonantiam hanc per hoc: q; quum essent Jacob et Ely fratres vterini: et ille mortuus esset absq; liberis: iste per legem adigebatur vxorem illius ducere: atq; ita suscitare semen fratri suo: tertio Jacob ita fuisse patrem naturalem ipsius Ioseph: et Ely patrē legale eiusdē:

Quarto cōstanter asseuerasse Hieronymū hanc legem nō solum de propinquis intelligendā nō solū esse / verum etiam de germanis fratribus. Scimus (inquit) hoc per Moſen deo iubente p̄ceptū / vt si frater aut propinquus / ⁊ cet. postremo corroboratum hoc ipsum esse testimonijs Africani pariter ⁊ Eusebii Cæsariensis. Intelligitis itaq; Iudices / quid Hieronym⁹ vna cum p̄scais auctoribus hac de re fēserit: a quibus haud quāq; dissentiendū est: nisi manifestissimis comprobationibus errasse conuincatur. Quid enim si dissonātia hec posset alijs modis excusari: hūc certe modum veteres orthodoxi nobis reliquerunt: qui propterea q̄ vicinioreſ erant ipsis Christi tēporibus certiora nobis potuerūt referre: q̄ que recēter sūt ab hereticis excogitata: sed neq; rationes: quibus hoc suū commentum aduersarij statuere moliūtur: alicuius momēti sunt: cōmunis em̄ glossa dissoluit vtrumq;: nam ita primū ratiocinātur. Jacob (inquunt) ⁊ Ely q̄q; ex eadē tribu fuerint: atq; ex Dauidica stirpe p̄dierint: fr̄es tñ essentō potuerūt: quū alter p̄ lineā Salomonis / alter p̄ lineā Mathā descēderit: quare ⁊ valde distātes erāt: sed vetat vnā feminā duobus viris alteri post alterū nubere / quorū alter descēderit p̄ lineā Salomonis / alter p̄ lineā Mathā: ⁊ quū hec femina cōcepit ex vtroq;: peperitq; duos filios vnū huic / alterū illi / qd̄ phibet hoc / quū adoleuerit: vni femine alterū post alterū iuxta p̄ceptū veteris legis cōiugio copulari: tales haud dubie fuerant Jacob ⁊ Ely ex eadē matre / sed diuersis patrib⁹ geniti nēpe Athan / q̄ per Salomonē descēdit / ⁊ Athath / qui per Mathā: ceterū quia mortuus est Ely sine liberis: Jacob vterinus eius frater lege cōpulsus Moſaica defūcti fratris cōiugē accepit: de qua ⁊ genuit Joseph virū Marie. Joseph itaq; filius naturalis erat Jacob: ⁊ legalis ipsius Ely: quare nullus in hac re scrupus est: cur ab antiquis illis patribus ob noua quedam commenta distideamus. Sed iam alteram audiamus rationem / quam obijciunt: que et sic habet: quum quis fratris defuncti ducebat vxorem / filio / quem ex illa suscipiebat: nomen fratris defuncti imponebat iuxta p̄scozum institutionem: vt ⁊ semen / ⁊ nomen fratri suscitaret: quum lex vtrumq; suscitari iusserit / quare Joseph: qui fuit Ely filius legalis non Joseph / sed Ely vocatus fuisse. Posset hic responderi paucis non esse nouum in sacris literis: vt aliquis binomius sit / aut trinomius: et nunc eundem vno nunc altero nomine vocari: quare licet hoc loco Joseph / ob certā

aliquam considerationem vocetur Joseph: potuit nihilominus
 ab alijs Ely vocari. Eterum aliter hic respōdit cōmunis glossa
 diluens illam aduersariorum argutiam: et ostendens nō semper
 obseruatum fuisse: vt qui per fratrem genitus esset ex vxore fra-
 tris: nomenclaturā acciperet ipsius mortui: quam rem et probat
 sacrarum literarum testimonio: nimirū ex eo q̄ quū Booz iuxta
 legem dictam accepisset Ruth vxorem: que prius nupta fuerat
 Elimelech cognato ipsius Booz: nō Elimelech / sed Obeth vo-
 cabatur: sed cōmunē ip̄am glossam audiamus: q̄ dicitur (inquit)
 filius eius nomine vocari: cui suscitatur: non est verum: quādo
 Booz eum / quē genuit ex Ruth: non Elimelech: cui suscitatur:
 sed Obeth vocauit: hec glossa. Similiter et Salatiel: qui iuxta
 Lucam Mari patrem habuit: iuxta Mattheū vero Zechoniam:
 huius erat filius naturalis: illius vero legalis: neutrius autem
 nomē habuit: tales haud dubie pleriq̄ fuerūt. Alij tametsi nulla
 sit eorū in scripturis mētio: neq̄ Obeth igitur: neq̄ Salathiel:
 sed neq̄ Joseph defuncti nomē accepit: ita q̄ vocaret illius noīe:
 sed q̄ illius filius lege dici iuberetur. Infans (inquit) qui natus
 fuerit / cōstituet̄ ex defuncti nomine / hoc est / vocitetur filius illi:
 atq̄ ita Diuus Augustinus hūc locū interpretatur dicēs consti-
 tuetur ex defuncti nomine: non vt eius nomē accipiat: sed vt ex
 eius nomine: id est tanq̄ filius nō eius: cuius femine est genitus:
 sed illius defuncti: cui semen suscitatum est: heres constituatur.
 Hec Augustinus. Ad hūc sane modū et explicat id: quod in fine
 legis traditum est: nimirū et non delebitur nomē eius ex Israel:
 propter qd̄ et subdit. Qd̄ enim additum est: et nō delebitur no-
 mē eius ex Israel: ita potest intelligi: nō q̄ nomē eius puer con-
 sequenter accipiat: sed q̄ ille non sine posteritate mortuus esse
 videatur: et ideo p̄manet eius nomē / id est memoria. Hec Augu-
 stinus. Adde q̄ Booz pollicebatur se suscitaturū nomē cognati
 sui defuncti: qui pridem erat maritus ipsius Ruth. Neq̄ tamen
 aliter suscitauit q̄ eo modo: quo iam declaratum est: et sane quā
 esset vir iustus: ei factū plane docet haud aliter nomē defuncti
 suscitari debere: q̄ q̄ defuncti filius is / qui nasceretur / appella-
 ri debuerat: non est igitur necesse: vt alia plura exempla conge-
 ramus. Satis enim fuerit: qd̄ in libro Ruth legimus: eiusmodi
 fuisse Iudeis morem: mos enim vero frequentem vsū indicat.
 Neq̄ mos dicēdus est id: qd̄ raro fit: sed quod creberrime. Quā
 obrem et certū est / crebrius in vsu fuisse: vt vbi quisq̄ absq̄ libe-

ris defunctus esset: is: qui sanguine propinquior: fuisset: illius
 vxorē in suam coniugē acciperet. Perspiciatis itaq; Judices: q̄
 sint inefficaces aduersariorū rationes: quas pducūt/quātūq; la-
 befactet hoc illorū cōmētū Diu^s Hieronym^s: ceteriq; p̄s nō
 minori eruditione q̄ vite sanctimonia aspiciūt: quocirca nihil cō-
 tra nostrū institutū probant: neq; priora tria: que negāt: possunt
 vllis argumentis et eisdem solidis reuincere. Conferentia pro-
 hibitionū inter sese adiūta. Ceterū iam eo redeamus: vnde su-
 mus digressi: nimirū vt ostendamus casum nostrū de fraternis
 nuptiis: vbi fratrum alter absq; liberis interysset: omnino simi-
 liter se habere Leuiticas prohibitiones: quēadmodū circūcissio-
 nis opus ad prohibitionem operū in sabbato. Prima conferētia
 sit. Nam vtrobicq; generaliter enunciata fuit: ipsa prohibitio: sic
 enim in Leuitico scriptum est: turpitudinem vxoris fratris tui
 non reuelabis: hic vniuersaliter enūciatur: ne quisq; vxoris sui
 fratris turpitudinē reuelet: in Exodo quoq; sic habetur: non fa-
 cies omne opus in sabbato: et hic vniuersaliter prohibet: ne q̄q;
 operetur in sabbato: in hoc ergo conueniant: q̄ vtracq; generali-
 ter enūciatur. Secūda cōferentia est. Conueniunt etiam in alte-
 ro nimirum: q̄ vtracq; prohibitio iussionem habet sibi cōtrariam:
 que non vna cum sua prohibitione cōiungitur in eodē capite si-
 ue libro: sed in alio libro multum distāte postea traditur: vt exē-
 pli gratia prohibitionem: que in Exodo traditur de nō facien-
 do quicq; operis in sabbato: subsequitur in Leuitico preceptū:
 q̄ infans octauo die circūcidēdus esset: et similiter prohibitionē:
 que in Leuitico vetat fratriā a fratre duci: subsequitur in Deu-
 teronomio preceptum de ducenda fratris: quando frater absq;
 liberis mortu^s esset: et hec est altera cōgruitas vtriusq; mutua.
 Tertia conferentia est. Congruit insuper vtracq; prohibitio sibi
 inuicem in hoc: q̄ earū vtracq; traditio quedam antecessit: que
 & profus eadē est iussioni subsequētī: nā ipsa iussio de opere cir-
 cūcissionis diu antecessit prohibitionē operum in sabbato: que
 in Exodo facta est: tamen eadem iterum in Leuitico traditur:
 similiter consuetudo de ducenda fratria longe precessit eā pro-
 hibitionem: que vetat in Leuitico: ne ducatur a fratre fra-
 tria: et tamē eadē iterum traditur in Deuteronomio. Collectio
 quedam ex conferentiis subiūgitur. Quare quū per omnia simi-
 liter hec se habeant vtrobiq;: nempe mos patrum antecedens &
 prohibitio sequens: ac deniq; iussio post illam prohibitionē tra-

De cōiugio Regis Anglie

data necessario consequitur: vt sicut prohibitio operum in sabba-
tolicet generaliter et citra quāuis exceptionem in Exodo pro-
lata fuisset: non erat tamen generaliter intelligenda: sic neq̄
prohibitio: que in Leuitico de non accipienda fratria: q̄q̄ ge-
neraliter enuntiatur: debet generaliter de quouis fratre indis-
criminatim intelligi. Altera collectio est. Preter hoc insuper
manifeste colligitur: q̄ sicut opus circūcisionis nō includebatur
in illa generali prohibitione de nō faciendo quicq̄ operis in sab-
bato: sic neq̄ coniugiū fratris: cuius maritus absq̄ liberis obiit:
includebatur in illa prohibitione generali de non accipienda fra-
tris vxore: ceterum hec nos idcirco nequaquā attulimus: q̄ ipsi
teneamur ad probandam huius matrimonij soliditatem: sed ma-
gis: vt cunctis fieret dilucidum: nullum aditum aduersarijs pa-
tere: quo m̄rimonij illud irreuincibiliter ostēdat: nullius esse ro-
boris: nobis vtique: qui hoc defendimus: non incumbit probatio-
nis onus: sed illis potius: qui totis viribus ipsius impugnare mo-
liunt: satis eī nobis fuerit: si quicquid illi ptulerint nos eneruau-
erimus: ostēderimusq̄ nullum non aditum ablatum illis esse: quo
possint inualidum illud matrimoniū astruere: quod & satis abūde
nos fecisse nihil dubitamus. Nā quū ex his: que diximus: perspi-
cuū factū sit: q̄ iussio illa Deuteronomica de nuptijs fratris m̄q̄
fuit inclusa cōtentaq̄ sub illis phibitionib⁹ Leuiticis: manifestū
est oībus: q̄ sacras literas nō ignorāt: nusq̄ alibi tales nuptias p̄
totius diuini iuris cursū fuisse prohibitas: nā si cōstiterit: vt et
de facto iā constat: vxorē fr̄is: q̄ sine liberis interūt: deberi fra-
tri: nec id ip̄m vllis phibitionibus Leuiticis fuisse vetitū: illico
manifestū erit: q̄ quū nec alio quouis loco p̄ totū aut vetus / aut
nouū testamentū id conuinci poterit fuisse vetitum: nusq̄ in tota
scriptura sacra fuisset phibitū. Obiectio nona est. Ceterū nobis
iā circūspiciētibus q̄s iā cauillus huic respōsioni nre queat oby-
ci: mox occurrebat: q̄ fortassis obyeciēt non ea: q̄ iā inuicē cōpara-
uimus: sic oīno similiter se habere: quēadmodū ipsi cupere vide-
mur: nā circūcisionis opus licet a patribus profectum sit: vt ip̄-
sum Euangelium testatur: ipsis tamē patrib⁹ traditū erat a deo:
verū non ita fratris coniugiū a deo preceptum fuerat: sed ex ne-
pharijs Chananeorū moribus: inter quos habitabāt Hebrei mu-
tuatū. Nos igitur nouē veritates inferius diggeremus: ex qui-
bus luculenter apparebit neminē hoc cōvincere posse: q̄ videli-
cet ex nepharijs Chananeorum moribus hāc legem Hebrei mu-

tuissent: et non magis accepissent a deo. Prima veritas est. Ex
 Abrahe semine Christum fuisse nasciturum liquet ex illis: que Se-
 ne. 22. Deus dixerat Abrahe per memet ipsum iurauit: dicit dominus: quia
 fecisti rem hanc: et non peperisti filio tuo unigenito: benedicam ti-
 bi: et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: et velut arenam: que
 est in litore maris. Et paulo post. Et benedicetur in semine tuo
 omnes gentes terre: hic duo pollicetur Abrahe deus: alterum fe-
 minis illius ingens futurum incrementum / alteram benedictionem gen-
 tis ex eius semine prouenturam. Utriusque satis abundanter adim-
 pletum est. Nam Abrahæ semine non post multos annos in uniuersum
 creuit: non solum quantum ad corporalem / spectat generationem: ve-
 rum etiam quantum ad spirituale: et gentes etiam / que in Christum
 ex Abrahæ semine natum crediderunt: copiosissimam assecute sunt be-
 nedictionem: et licet Hebrei: quibus id mysterium sicut et alia pleraque
 fuerat absconditum: aliter benedictionem hanc spirituale intelligant:
 Paulus tamen ad Galat. 4. de benedictione: que a Christo gen-
 tibus promanauit: declarat accipiendam: quum dicat: Abrahæ
 dicte sunt promissiones et semini eius: non dicit et seminibus tan-
 quam de multis: sed tanquam de uno et in semine tuo / qui est Christus:
 igitur ex semine Abrahæ: qui Christus est: gentes erant benedicen-
 de: quia ob rem et liquet Christum ex Abraham fuisse nasciturum. Se-
 cunda veritas est. Non solum quod ex Abraham: verum etiam quod ex
 definita quadam tribu nasceretur. Pro qua veritate sciendum est: quod
 ex Jacob: qui nepos Abrahæ fuerat: duodecim tribus emana-
 runt: inter quas precipua fuerat tribus Iuda: de cuius linea Chri-
 stus produit: propter quod et Jacob quum esset moriturus: singulisque
 filiis benedictionem suam impartiturus: de Iuda vaticinatus est ad
 hunc modum: Iuda te laudabunt fratres tui: manus tue in cervicibus
 inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Et paulo post. Non
 auferetur sceptrum de Iuda: et dux de femore eius: donec ve-
 niat: qui mittendus est: et ipse erit expectatio gentium. His utriusque
 verbis insinuat: ex femoribus Iuda Reges et duces: qui rem
 Iudaicam administrarent: esse promanaturus: donec is tandem: qui
 mittendus esset: nempe Messias ex eadem tribu proregeret.
 Messias enim et Christus nobis dictus est: quem Iudæi ventu-
 rum haud quaquam dubitabant: ut potest certiores de aduentu eius
 redditi per innumera vaticinia: sed et idem Christus expecta-
 tio gentium dicitur: quod per illum gentibus etiam salus puenire
 debuisset: ex tribu igitur Iuda Reges et Duces Israelitici populi

De coniugio Regis Anglie

necesse fuit perpetuo descendere: quousque maximus ille ducum
nasceretur. Xp̄s Iesus: propter quod et Paulus ad Hebreos di-
cit: manifestum est: q̄ ex tribu Juda ortus sit dñs noster: deus
itaque precognitū esse voluit/ q̄ nō solū ex illo patriacha Abrahā
Christus oriretur: verum etiā ex qua tribu prodire debuerat.
Tertia veritas sit. Quinetiā et de familia certa voluit presciri
Christū oriturū. Dilucet hec veritas: quū ex alijs Prophetarū
vaticinijs/ tum ex Hieremia ca. 23. vbi hic habetur: suscitabo Da-
uid germen iustū: et regnabit rex: et sapiens erit: in diebus illis
saluabitur Juda: et Israel habitabit confidenter: et hoc est nomē:
quod vocabūt eum dñs iustus noster: que verba non solum auto-
res nostri: verum etiā Hebreorū Rabbinī de Messia proorsus in-
telligunt: q̄ videlicet ipse de germine progenieq̄ David nasce-
retur: propter quod et in psalmo legimus a deo promissionē ipsi
David super eadem re factā: de fructu (inquit) ventris tui ponā
super sedem tuā: sed et apud Micheā scriptū est. Et tu Beth-
leē Effrata: non es parvulus in millibus Juda: ex te enim egre-
dietur dux: qui sit dominator in Israel. Per ducem hūc haud du-
bie Messias intelligitur: quē admodū Herodi per Pontifices et
Phariseos respōsum erat: quū eos interrogaret: vbi Christus
nasceretur: in Bethleem Jude (inquiunt) pro qua re confirmā-
da locū hūc ex eodē Propheta citant: vt et ibi perspicuū est: di-
citur autem e Bethleē egressurus: qui viculus ad David per-
tinebat: vt dinosceretur etiam e David semine eundem fore nas-
citurum: propter q̄ et Pharisei quū rogarētur a Christo: cuius
filium Christum esse dicerent: responderūt ipsius David: palam
est igitur voluisse deum: vt certo prenosceretur Christus nō so-
lum ex qua tribu verum etiā: ex qua familia foret oriundus.
Quarta veritas est. Hec idcirco voluit presciri deus: vt ex va-
ticipijs Prophetarum indubitato Christus quū venisset agnos-
ceretur plane. Tot inditijs Christus in scripturis manifestatus
erat: vt ab ijs: qui cū pietate sacros bibliorū libros scrutantur:
ignorari non possit: propter quod et Christus dixit: scrutamini
scripturas/ quia ipse testimoniū perhibet de me: porro genealo-
gia dñi Iesu locusq̄ natiuitatis eius inter cetera nō minimū in-
diciū erat: ipsum fuisse Messiam: quē admodū ex varijs Eua-
geliorum locis constat: nam quū aliquando litigarent inter sese
Iudei pro dño Iesu: num is habendus esset Christus? quibusdā
hoc ipsum asserentibus: alijs contra fortiter oppugnantibus: hi

dixerunt: Numquid a Galilea Christus venit? Nonne scriptura dicit: quod ex semine David et de Bethleem castello: ubi erat David venit Christus? Putabant enim hi Christum Galileum fuisse: quod in Nazareth fuisse enutritus: et quod parentes eius ibi morabantur: neque Pharisei quicquam aliud potius habuerunt: quod obicerent illis: qui dominum Jesum crediderunt fuisse Messiam: quod quod Nazareus existimaret: quam ob rem et Mathanias apud Joannem: quum dixisset illi Philippus: quem scripsit Moses et propheta in lege inuenimus Jesum filium Joseph a Nazareth: respondit. A Nazareth potest aliquid bonum esse: hoc utique dixit hesitans: an Messias: qui fuit optimum bonum: potuisset a Nazareth prodire: similiter quando Nichodemus reprehendit Phariseos propter Christum: illi respondentes dixerunt. Numquid et tu Galileus es? Scrutare scripturas: et vide: quia propheta a Galilea non surgit: propter hec et Matheus exactissime docet Christum Jesum fuisse Bethleemitam: et Lucas ait esse de domo familiaque David. Quinta veritas est. Oportuit tribus et familias Hebræorum impermixtas custodiri. Patet et hec ex prioribus: nam si tribus et familie confunderentur: quum esset illius populi tanta numerositas: impossibile fuit internosci: qua ex tribu: qua ve familia nasceretur. Nam iuxta pollicitationem Dei populus ille velut arena maris / et stelle celi creuit: et multiplicatus est: quum enim Jacob nepos Abrahæ: cui repromissio facta fuerat: intrauit Egyptum: erat numerus eorum: qui de femore Jacob erant progenerati: non multo plures quam 70. quemadmodum testatur Exodus: verumtamen quum idem populus ex Egypto reuerteretur: sic excreuit numerus: ut essent ferme sexcenta millia virorum absque mulieribus et paruulis: qui neque pauci fuerant in tanta tamque fertili multitudine: sed et postea per deserti transitum intra spatium annorum. 40. quum remanentibus duobus duraxat tota illa virorum perisset multitudo: recensit populus inuentus est supra sexcenta milia virorum: mille septingenta triginta: quis iam ex tanta multitudine: si non fuisset accuratissime seruata tribuum et familiarum separatio: dinoscere potuit hunc ex hac tribu: illum ex alia prodire: quod ob rem oportuit: ut Israelitice tribus et familie seruarentur impermixte. Sexta veritas est. Ut tribus familieque certo distinguerentur: necesse fuit leges quasdam tradi. Nisi tradite fuissent huiusmodi leges pro discrimine tribuum et familiarum fieri nunquam potuit: ut in tanta populi multitudine dinosci quisquam potuerit: ex qua tribu qua ve

De coniugio Regis Anglie

familia fuisset natus: nam si nullo ordine seruato promiscue nuptias inissent singule queque tribus cum alijs tanta citra contro- uersam inde confusio suborta fuisset: ut non facile quisque pro- geniem suam ualisset explicare: certamque tribum exprimere: de qua fuisset ortus: necesse fuit igitur: ut cuiusque tribus et familie generationes ab inuicem secernerentur: quatenus distincte ap- pareret cuiusque genealogia/ huius itaque rei gratia quemadmodum Eusebius Africanus memorant singulorum generationes in ar- chiujs templi fuerat conseruate: neque enim licuit: ut idem tradit in diuersas tribus nuptias permisceri: sed uni ex eodem populo/ atque ex eadem familia innupta precipitur copulari: ut ne permix- tione coniugij etiam fors hereditatis deduceretur in dubium: et de alia tribu contra fas in aliam transferretur. Hec Eusebius in Ecclesiastica historia: et certe nisi tales genealogie fuissent ser- uate: difficilimum fuisset ab Mattheum ita Christi genealogiam texu- isse: ut tuta fuisset a cauillis Iudeorum: nam ex toto veteri tes- tamento nequit intelligi: per quos post Salatiem Joseph uir Marie matris Christi descendisset: uerumtamen ea res tunc adeo clara dilucidaque fuerat cunctis: qui tum periti fuerant in archa- nis Hebræorum literis: ut nemo potuerit sane contradicere: quin et ipsa Christi genealogia per Mattheum tradita solide cor- roborabat Christum ex domo David processisse: que res una cum ceteris non parum iuuat: ut et ipse Messias irreuincibiliter osten- deretur: fuit igitur apprime necessarium: leges quasdam tradi- quibus ad inuicem tribus et familie distinguerentur. Septima ve- ritas est. Leges de tribubus familiisque secernendis ob multa fuisse necessarias. Erant he leges imprimis necessarie propter sacer- dotum: nimirum ut non alij: quam qui progeniti fuerant de tribu Leui sacerdotij munere fungerentur: neque enim alteri cuiquam lic- tum erat altaribus ministrare citra grauem indignationem dei: sicut Numer. 18. patet: propter quod et hi: qui nequiuerat ex ip- sis genealogijs docere suam originem: eiciendi fuerat e sacerdo- tiorum: quemadmodum Esdre. 1. cap. 2. de quibusdam traditur: hi que- serunt scripturam genealogie sue: et non inuenerunt: et eiecunt de sacerdotibus. Hec solum ob Leuitarum originem: uerum etiam gene- ratum per cunctos: qui ex Israel descenderat: nam et Heemie. 7. dici- tur: et quidam: quorum alij pre se ferebat fuisse de tribu Leui: alij uero de alijs tribubus: quum nequiuissent iudicare domum patris suorum: et semine suum: utrum ex Israel esset: eiecti fuerat de consortio Israel. Erant item necessarie propter hereditates: ne de tribu in tribum:

et de familia in familiam traducerentur. Nam et illas deus voluit impermixtas esse sicut liquet Numer 27. et. 36. Erant etiam necessarie propter coniugia: ne quis heres extra familiam suam coniugium iniret: sicut Numeri. 36. Deuteronomij. 25. dilucidum est: erant denique necessarie propter lites dirimendas: que plerumque solent ex eiusmodi rebus suppullulare: multis igitur modis he leges de tribubus familiisque separatis erant necessarie. Octava veritas est. Huiusmodi leges: anteaquam per Moysen velle scriberentur: a deo fuisse traditas. Fuisse quasdam leges a deo patribus ore tenus. s. datas pro Judaici populi recto moderamine latere neminem potest: qui Genesim et Exodum accurate perlegerit. Nam in Genesi deus ad Isaac loquens ait: dabo posteris tuis universas regiones has: et benedicetur in semine tuo omnes gentes terre: eo quod obediit Abraham voci mee: et custodierit precepta et mandata mea: et ceremonias: legesque servauerit. Ecce precepta: mandata: ceremonias: leges: que nimirum omnia tradita fuerunt Abrahe pro gubernanda posteritate sua. Nam is quando esset vir sanctus: et propheta: nullis eguit pro se ipso legibus: quando quidem Paulus ait. Iusto non est lex posita: quas utique leges a tribus patribus Abrahe usque ad Moysen patres filijs velut per manus tradiderunt. Nam de his et Moyses in Exodo sic loquitur ad socerum suum Bethro: venit ad me populus querens sententiam dei: quumque acciderit eis aliqua disceptatio: veniunt ad me: ut iudicem inter eos: et ostendam precepta mea: et leges dei: ecce leges et precepta dei: et certe nec dum erunt leges velle per Moysen scripte: id quod aperte liquet ex his: que sequuntur in Exodo: quocirca palam est: leges quasdam pro instituendo populo fuisse a deo traditas: priusquam velle per Moysen fuissent scripte. Nonna veritas est. Neminem probare posse: quin inter has leges et ipsa: que fratris nuptias precipit: una fuisset. Certum est hanc legem: qua iubetur: ut frater uxorem fratris: qui sine liberis die obijt: sibi copularer. 25. Deuteronomij scriptam esse: certum est itidem et rationem huius legis fuisse: ne tribus et hereditates inuicem confunderentur: quum igitur eadem ratio nunquam non viguisset et ante legem scriptam: et usque ad finem legis. Quis probabit unquam hanc legem ad distinctionem tribuum: et familiarum non fuisse semper ab Hebreis usurpatam? Porro quum deus hanc distinctionem fieri iusserit: ut certo nosceretur: ex qua tribu: quaque familia Christus nasceretur: palam est: et ab eo hanc legem de nuptiis fratris ipsius primis Patriar-

De cōiugio Regis Anglie

chis fuisse traditam vna cum ceteris legibus ad iustum regimē ipsius populi spectantibus. Ceterū q̄ eadē ratio tradende legis huius diu ante legem scriptam viguisset: manifestum est ex multiplicatione posteritatis Abrahe: q̄ rediēs ex Egipto ⁊ prius q̄ Jordanē pertransisset: bis (vt ante diximus) fuerat recensita: ⁊ ad priorē quidem recensionem repertus fuit ei⁹ numerus fuisse: s. sexcenta fere millia viroꝝ absq̄ mulieribus ⁊ paruulis: ad posteriorē vero supra sexcenta millia milie. septingenta triginta. Nam si per totum hoc temporis spatium nulla fuisset tribuum ⁊ familiarum seruata distinctio: sed tribus cum tribubus: ⁊ familie cum familijs per mutuas nuptias confunderentur: qui fieri potuit: vt post hac ipsis tribubus ⁊ familijs distributio sortium et hereditatum recte succederet: ⁊ maxime quū pre tanta confusione quis ex qua tribu qua ve familia prodisset: ignoraretur. Huc accedit: q̄ lex hec (quē admo dū supra diximus) per Judam Patriarcham ad vnguē fuerat obseruata: ⁊ eo quidē tempore: quo tota soboles Israelitica vix ad sexaginta personas excreuisset: quā ob rem quū quotidie postea numerus in immensum fuisset auctus: necessaria fuit ei: scdē legis diligētior obseruatio: ne per continuū eiusdē sobolis incrementū incertissima proꝝusq̄ impossibilis explicatio tribuū ⁊ familiarum ex illa cōfusissima permixtione redderetur. Memini igitur ambigū esse potest ex his: que diximus: quū hec lex de nuptijs fratruū in casu nostro fuisset vna de numero Legum: quas deus Abrahe dedit pro moderanda sua posteritate: quibus ⁊ abosēs etiam vltis fuit: antea q̄ per eum lex vltis scriberetur: quam ob rem ⁊ perspicuum est eam iussione: quā. 25. Deuteronomū scripserat abosēs diu antea fuisse patribus a deo traditam: quo simul ⁊ dilucidum est quadrare sibi mutuo priores illas congruentias: quibus prohibitionem de non operando in sabbato contulimus cum Leuitica prohibitionē de nō ducenda fratria: colligitur itaq̄ tandem ex hac prolira disceptatione: q̄ sicut prohibitio de nō operando in sabbato q̄ q̄ generaliter enūciata fuerit: nō tū generaliter intelligit: ita nec prohibitio de nō ducēda vxore fratris licet vniuersaliter prolata sit: debet vniuersaliter intelligi: sed casus noster ab ea penitus eximebatur: sicut ⁊ circūcisionis opus a prohibitionē operum in sabbato fuerit penitus exemptū. Ceterum adhuc alio quodā exēplo rē eadē corroborabim⁹. Nam in Exodo similiter vetitū est ⁊ ea generalitate: qua ne cogitari quidem vlla maior potest: et

amplior nempe cum dicitur non occides: at non obstante pronũ-
 ciationis huius generalitate: contractiorem tamen intellectum
 eandem prohibitionē habuisse certum est: nam (vt ante dixim⁹)
 haud quāq̃ sequitur: non occides: ergo neq̃ maleficum occides:
 licitum enim fuit ante legis huius lationem in scriptis / z etiam
 postea q̃ lata fuisset: occidere malefactores: nam vt cetera pre-
 teream: ne sim prolixior: z ante legem illā de nō occidendo scrip-
 tam: adultera morte plectebatur: z post legis huius descriptio-
 nē Moyses itē iussit: vt morte plecteretur: quare tametsi prohibi-
 tio ipsa fuisset vniuersaliter prolata: non debuit tamē vniuersa-
 liter intelligi: sed occisio adultere semper ab eadem prohibitio-
 ne fuerat exempta: sicut igitur haud quāq̃ recte subinfertur:
 non occides: ergo nec adulteram occides: ita neq̃ recte cōsequi-
 tur: non duces vxorem fratris tui: ergo neq̃ fratris absq̃ liberis
 defuncti duces vxorem: nam vt adulteram: z ante prohibitionē
 illam non occides / z post eādē quoq̃ scriptam licuit occidere /
 ita licuit z fratram: que liberos nullos accepit / z ante prohibi-
 tionem Leuiticam / z post eandē scriptam fratri cōiugio copu-
